

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Vita S. Stephani Iunioris, qui propter Imaginum venerationem martyrio
functus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

N O V E M B E R.

660

sto domicilium parare studebat: corpus ab omni spurcitia continens, & parsimonia ceterisque virtutum quibusuis ornamenti exercens ac componens.

Quod quidem ut rectius perficeret, in virginitatis proposito perseuerare omnibus modis conabatur: sed vieta parentum voluntate, nupsit cuidam viro nobili & militari. Etsi autem matrimonij legibus esset subiecta, Christi tamen, quem toto corde dilexerat, obsequijs sedulò cumcubebat. Non multo inde elapsò tempore, cum iam vnius prolis mater esset, marito in bello defuncto, prole etiam paulò post vitam exempta, ex consilio Sigeberti Episcopi Moguntini sui auunculi, Moguntiam commigrat: renunciatisque patrimonij amplissimis censibus, ut pauper & expedita Christum sequeretur, areolam ibidem est adepta, in qua ecclesiam in honorem Dei genitris semperque virginis Mariae construxit.

Cogitur S.
Bilhildis
nubere.

Sigebertus
Episcopus
Moguntin⁹.

S. Bilhildis
condit mo-
nasterium.

Abit ē vita.

90

RT

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

90

mina verè ac regina vrbium Constantinopolis. Nostrum enim atque indigenum germe hic est, ac diuinus ipsius fructus & planta Stephanus: quæ & prima virtutis ipius fructus degustauit, & nunc etiam vtilitatem metit, ac miraculis summa cum voluptate fruatur, alumno videlicet suo iucundissimè acquiescens. Natus est autem Anafasij tempore, qui tum imperij sceptrum tenebat, atque alio etiam nomine Artemius vocabatur. Pij porrò ipsi parentes fuerunt, atque integerrima fide prædicti: qui cùm opibus ac facultatibus minimè carerent, non tamen parem ijs duxerunt animi inductionem ac voluntatem habebant, sed longè maiorem ac copiosiorem. Hoc autem liquidò demonstrat benigna atque ingens erga egentes liberalitas, ac summa in danda eleemosyna hilaritas ac munificentia. Quò etiam illud accedebat, quòd ad diuinam templam sine vila intermissione munera offerebant. Que etiam ipsa, magis quām quicquam aliud, illum verè Stephanum, illam, in quam ingentem pietatis eorum ac virtutis mercedem, ipsis attulerunt. Nam cùm primò duarum filiarum parentes extitissent, mascula tamen prole carebant. Atque hoc infortunium pijs viris non paruum videbatur. Nórunt hoc profectò, qui liberos procrearent. Propemodum enim non minus molestum est ijs, qui gignunt, masculo scru carere, quām si prorsus liberorum expertes essent. Ob eam causam & in diuinis templis assiduè versabantur, & à Deo obnixis precibus perpetuò contendebant, vt sibi hoc suo voto frui daretur. Idque tum potissimum faciebant, cùm ad Déparæ templum, quod Blachernis situm est, se conferrent.

*Patr. S. Ste
phanii, & na
tivitatis re
pus.*

*Masculina
prole care
re, idem pe
ne est quod
orbum esse.*

Cap. 2.

i. Reg. 1.

vi Scripturæ verbi utr.

plurimum sermonem effudisset, atq;

orationem in longum

prodixisset, & cum Dei genitricis imagine,

tanquam cum viua differuerisset, seque,

si quod optabat, consequeretur, ipsius filio,

id quod peperisset, consecrataram esse

recepisset, sub orationis finem somno correpta,

foeminam incredibili quadam,

atque omni sermone præstantiore,

forma præditam cernit: quæ & ipsius pedem vel

licans, Abi, inquit, in pace muliercula.

Est enim tibi in utero filius, quem admodum

postulasti. Hac locuta ea, quæ apparuerat, discessit.

Ipsa autem non sine

magna admiratione consurgens, ob ea quæ audierat, intima voluptate perfundebatur.

Ac postea maturè in lucem edito filio,

confestim velut præludium pa

ctorum iniens, ad Blachernense templum

vñà cum marito proficiscitur, eumque

ei, à qua accepserat, offert:

Accipe, inquiens, Dei mater hunc charissimum filium,

quem beneficio tuo peperi.

Accipe eum, quem tibi & vñigenito filio tuo, etiam

ante conceptionem dicau.

Hæc, & in eandem sententiam alia, cùm dixisset, con

jugemque manu prehendisset, Virginis imaginem ipsi ostendens,

Hæc, inquit, vir

suauissime, vt desideratum Stephanum parerem, mihi præstit.

Huic petitionem

mean committens, voti compos extiti.

Ambo igitur gratis Dei genitrici actis,

domum reuersti sunt.

Sed hæc postea contigerunt.

Interim autem sub illud tem

pus, quo Stephanus conceptus est,

aliud etiam quiddam accidit, quod silentio nul

lo modo praterire decet.

Nam cùm eximus vir Germanus in Patriarchicum thro

nūm ascensurus esset, plebs ingenti frequentia ad maximum S. Sophiae templum,

ipsius videnti cupiditate concurrebat.

Erat enim ille virtutis nomine clarus & illu

stris, atque in omnium linguis non sine voluptate versabatur.

Vñà autem cum omni

bus præclarum illud parentum Stephani par accurrens, scannum quoddam occu

pérat: quòd eum, quem cupiebat, è superiori loco intueri posset.

Cum igitur ille per

Ecclesiam transire, statim mulier

(ipsam enim eius, quem utero gestabat, cura con

citabat) Benedic, domine, id quod in utero meo est, clamare cœpit.

Ille autem

perficiat anima oculo cum, qui utero gestabatur, intuens, Benedic hunc Domi

nus per primi martyris intercessiones, respondit.

Apud omnes porrò mulier affir

mat, se ea hora, qua hoc audijisset, igneam flammarum ex diuino illo ore prosi

lientem vidisse.

Vt igitur in lucem editus est, statim eum, vt magnus Germanus

prædicat, Stephanum appellârunt.

Quandoquidem autem baptismi quoquè luce

collutari cum oportebat, qui ante etiam quām in lucem prodiret, illustratus erat,

ad magna Sophiae baptisterium itum est (Erat autem tum vespera magni Sabba

ti Resurrectionis Christi:) clarissimoque illi Germano in manus datur.

Qui statim

s. Stephanus

baptizatus

Kkk

tum

Rius

III

5

tum futurus erat. Domum itaque reuersi, cum iam puer ad eam aetatem venisset, quæ studiorum capax esset, ad ludimagiſtros cum proficiſci, ac disciplinis operam dare voluerunt. Is autem ad egregiam naturam laboris ac diligenter penam adiungens, ad doctrinæ perceptionem duplicitis alia ſubſidio celerrime prouolabat, ac velut equus per planitem currebat. Hoc porro fedulò agebat, non modò disciplinas, ſed etiam virtutem ſibi compararet: quod & per illas menem, & per hanc mores exornare poſſet. Quinetiam in diuinorum oraculorum lectione tanto studio & cura versabatur, ut ea promptè ac memoriter recitaret, atque ingenio tanquam libro vteretur. Ac præterea cum ſacras ædes adiret, atque ſacra Scriptura legeretur, rectus ſtabat, totusque in corum, quæ legebantur, auditione defixus erat, non genu flectens, non desidia langueſcens, non denique ad ea, quæ dicebantur, obdormiſcens, ſed arrectis, ut dici ſolet, auribus auſcultans: nè quid eum ex hiſ quæ recitabantur, effugeret. Id autem tum denique fido maiore facere videbatur, cum aliiquid ex Iohannis Chryſofomi lucubrationib⁹ de leſtatur.

Chryſofomi lucubrationib⁹ de leſtatur. Atque hic ratione mores ſuos omni ex parte moderabatur atque componebat: adeò vt & os à iuramento purum habere, inanem sermonem nec ipſe proferret, nec proferentem alium audire ſuffinera, proximum autem nec iudicaret, nec maledictis proſcinderet: opes potro, & delicias, & gloriam, forti animo contemneret: quietam ac frugalem vitam ſequeretur, ac parsimonia magis, quam alij ſumptuum magnificētia & profuſione, gauderet.

Cap. 3. Leo porrò tempeſtate ille, non minus belluiniſ moribus, quam nomine Leo, Leonis Ifau rici tyranis. adornata inſtructaque ad inuadendam tyrranidem coniuratione, ab Orientalibus partibus proficiſcitur, atque in Theodosium, qui tum imperio potiebatur, impetum facit. Hic autem tyrrano imperio cedit, ac quietem amplectitur: vt qui ſcilicet imperii iacturam ciuilibus bellis leuiorem duceret. Statim itaque furia illa imperium inuadit. Ac primùm quidem vulpinam pellem induens, (nonandum enim leonina apud ipsum locus erat) orthodoxam fidem, ut si quis aliis, fecole re ſimulabat, impietatis factum, quem peccatore gerebat, occulans. Cū autem ad decimum iam imperi annū perueniſſet, nec iam eam diuitiis animo preme re ac continere poſſet, ſceleratum factum edidit: accitaque & coacta ſenatorum clafe, absurdum illud & impium euomuit, Imaginum piicturas formam quandam idolorum retinere inquiens, neque ijs cultum adhibendum eſſe, nè aliqui Dei loco imprudentes idola veneremur. Protinus igitur ingens tumultus a plebecitatus eſt, ac moeſtitia nubes orthodoxorum Eccleſiam obteggebatur. Quod vi ver ſipellis ille ſenſit, statim Gygis annum vertens, vt obscurum eſſet quod agebat, laborabat, non videlicet leonis libertatem imitans, ſed chamaeleonis ponit in modum formas immutans. Non, inquit, huc ſpectat mea ſententia, ut ea proſuſ deleantur: ſed hoc aio, ſublimiore loco collocandas eas eſſe, nè ore quicquam eas contingat, atque ita quodammodo rebus honore dignis contumeliam inferat. Quorsum hoc tandem, & quid molius? Ni mirum vt eas longè a nobis collocando, ac procul ab oculis noſtris remouendo (nè eis facile aut cernere, aut contingere queamus) paulatim, vt ſapè nobis in his quos amamus viuvenit, in obliuionem incidiamus, eaque charas habere dediſcamus, atque ita ferim & citra tumultum hoc a nobis obtineatur, ut eas nec adoremus, nec honore afficiamus. De hac impietate, quæ & multum abſtruſa, & multum aperata absurditatis habebat, cum certior factus fuiffet Germanus, vir libera atque intrepida pietate præditus, per quendam ex præcipuis Eccleſiæ ministris hac cmandat: Haudquām oportebat, Imperator, te, qui tum vitam, tum imperium a Deo accepifſes, aduersus conditorem tuum insolenter extollis, atque, ut vulgo dicitur, non mouenda mouere, Patrumque terminos, quos illi antiquis posuerunt, tranſferre ſtudere. Etenim humana forma a Deo Verbo ex sancta & pura Virgine ſucepta, cum omnis dæmonum cultus extinctus eſt, tum omnis idolorum adoratio abſceſſit. At verò theandricæ ſimilitudinis imago Christi adanda nobis & colenda perſpicue tradita eſt, itemque illius, quæ cum modo omni

Admonitio Germani E piscopi ad Imperatore vulgo dicitur, non mouenda mouere, Patrumque terminos, quos illi antiquis Leonem.

sermo

S U M M A

R E T R O

Leonis ver futia.

sermone præstantiori p̄perit, & sanctorum, quorum vita ipsi grata atque accepta fuit. Ex quo enim ille in forma nostra ad nos accedit (ab hinc autem septingenti trigesita sex anni iam fluxerunt) Patres interē ac Doctores, quorum summa virtus fuit, venerandarum imaginum cultum nobis perspicuè tradiderunt. Nē longe ab eam, post Christi in cālum ascensionem, mulier illa, quæ sanguinis profluwo laborabat, ab eo sanitati restituta, ipsius imaginem, velut acceptum beneficium referens, exculpavit. Ac prius etiam ab ipso met Christo, ipsissima Patis imagine, diuino linteо facies ipsius impresa est, ac topachæ Abagaro, id postulanti, Edeſam missa. Demum ab Euangelista Luca picta est. Quin ab Hierosolymis quoquè Virginis Dei genitricis imago missa est. Ob eamque causam diuina ac sacra ſancta Concilia varijs temporibus, ac locis coacta, non ut ea calcarentur, sed ut adorarentur, edixerunt. Velim itaque hoc ſcias, Imperator, quod si ini- quum horum dogma confirmare atque conſtabiliter in animum induxeris, me pri- mū nullo modo aſſentientem habiturus es, sed promptum ac paratum, qui pro Christi imagine animam meam profundam, pro qua ille, ut collapsam atque proſtratam imaginem meam instauraret, cruentem ſuum effudit. Perspicuum est enim ignominiam eam & contumeliam, quæ Christi imagini infertur, ad exemplar ipſum redundare. Quocirca nobis faciendum eſt, ut gratorum ser- vorum offiicio fungentes, pro Domini honore periculum adēamus.

Pictarum
imaginum
antiquitas.

Hanc liberam orationem arrogans illa anima ne extremis quidem, vt ita dicam, auribus attrahere futilis, milites gladiis accinctos mitit, qui sanctum virum contumeliosè habitum, ac plagiis male multatum, throno exturbarent. Ipse itaque statim ad monasticum & quietum vitæ genus ſe contulit. At contra Ecclesiam inuadit ille verè perſecutor & contumeliosus, eamque miferum in modum peruastans, ac magno mōrō implens, non modò ob egregij Patrioris eretionem, sed etiam ob eius, quem in ipſius locum ſubrogauit, immunitatem. Confestim enim ſcelestum Patriarcham ſceleſtus, hoc eſt eiusdem, ut dici ſollet, ſigilis hominem ſufficit, nimirū laeum Analaſium, qui in omnibus rebus ipſi aſſentientis, ac turpissimum obſequium perſolvens, atque omnia ea, quæ ab ipso gerebantur, ſeruilem in modum laudans, huic quoquè pernicioſo do- gmati patronum ſe adiungebat. Ac primū (o ingentem, Christe, patientiam tuam) aduersus tuam imaginem audacissima illa anima graffatur, eamque, quæ ſupraportam fixa erat, ac vulgo ærea dicebatur, theandricam tuam formam de- iici atque oblitterari iubet. Cū autem ad hoc facinus perpetrandum miſſus ſa- telles impoſita iam ſcala conſenderet, diuino zelo incenſe mulieres, præclariffi- munque ac generofſiſſum virtutis ſpecimen edentes, arreptam manibus ſcalam in terram dejiciunt, vnaque eum, qui hoc facinus aggrediebatur, præcipi- tem agunt: qui statim hanc præſiti ad hoc ministerij mercedem tulerit, ut vita obraretur. Sanctæ autem illa mulieres ob Christum, cuius zelo flagrabant, op- portunè abiecto atque contempto pudore, curſu effuso in Eccleſiam feruntur, atque impium Patriarcham, qui tum illuc erat, illam, inquam, ut Christi verbiſ Matt. 24. viat, defolationis abominationem, in loco ſancto ſtantem, lapidibus incessint, mercenariuſ non Patriarem, lupum non Patriarem, Eccleſiasticarum denique ſanctionum ac dogmatum proditorum appellantes. Ille autem pudore ſimul ac meu corceptus, confefſim ad Imperatorem confugit, eiique quod factum fu- era, narrat, atque ad mulierum cādem eum extimulat. Huiusmodi enim boni illius, ac pacifici Patrioris ſtudium erat, tanquam videlicet p̄ ea, quæ agebat, do- cece cupientis, malum pro bono rependendum eſſe. Mox igitur gladio necan- tur, ac pro pietatis p̄mio mortem ferunt.

Sanctæ mu-
lières ali-
quot, pro
iustitia ze-
lo gladio
necatur.

Cap. 5.

Ac cum videſe erat multos eorum, qui orthodoxam fidem arcte complecte- banū, patrium ſolum tanquam inimicum & hostile fugientes, atque ad ſolitu- dines & deferta perſugij cauſa ſe conſerentes, tutiusque cenſentes cum feris ha- bitare, quam cum viris huiusmodi versari. Cum quibus tametsi admirabilis quoquè Stephani parentes patriam relinquere conſtituerent, tamen hoc eorum cu- piditatem morabatur, quod Stephani cātem expectarent, ut pollicitationem eam, quam de eo fecerant, minime fallerent, ſed eam ad finem perducerent. Cū au- tem ſecum vñā perpendiſſent, haudquaquam vile eſſe eum in Byzantinis mona-

K k 2 ſterijs

R I U S

VIII

5

Auxentianus sterijs detondere, ad Auxentij montem se conferunt. Situs est porrò hic mons è re-
mō mona- gione Byzantij, circa Birthyniæ prouinciam: vicinosque omnes montes altitudine
sticæ vita longè superat: nomenque ab eo Patre traxit, qui primus in eo domiciliū sibi fixit.

Hic autem locus ad vite tranquillitatē non parum ijs adiumenti afferit; qui eius
cupiditate tenetur: vt qui ab omni turba ac tumultu immunis sit. Est enim in ipsius
fastigio antrum quoddam, in quo Patres, scđe per successionem sibi constituta, tal-
dē in hinc in paradisum migrarunt. Siquidē post diuinū viri Auxentij è vita discelsum,
Sergius ipius discipulus, tum virū generi, tum antrō successit. Hūc secutus est vir ad
miranda virtute ornatus Bendianus. Demum sanctus Gregorius. Ac denique ille
Stephani antecessor, ac singulari mentis perspicacia pr̄dictus Iohannes. Ad quem

Parentes S. beati huiusce viri parentes filium, quem ex promissione accepserant, duxissent, cum
Stephani precibus ab eo contendebāt, vt ipiū exciperet, ac monastica ueste donaret. Quen-
rogant eum donari ueste. Vt senex intuitus est, ac perspicacissimis anima oculis dinuniam animę ipsius pulchri-
monastica.

tudinē cognovit, morumque in tam tenera aetate grauitatem atque constantiam
animaduerit, promptè eum suscipit, leniterque ac placide ad ipsius parentes. Ve-
inquit, Dei spiritus in hoc puerō requiescit. Quo circā cū nocturnae Deilaudes
more peragē essent, acciū in puerū pro foribus antri sisit, ac plurimis verbis eum
erūdit, atque ad spiritales palæstrās acuit, monetq; nē parentum amorem plus
quam Deum faciat. Hic enim, inquit, & finxit, & seruauit: illi autem perfidè quo
adamārunt, perdidérunt, atque in pœnam coniecerunt. Hęc cum ille, aliaque hu-
scopo consentanea monuisse, ac tanquam in optimam terram semina iecisse,
eum tondet, ac monastica ueste induit, decimum sextum iam vitę annum agentem.

Cap. 6. Protinus igitur Stephanus ad monastica certamina fese accingens, nullum con-
ficiens genū pr̄termisit. Nam & ieiunio ac vigilijs corporis imperio coerebat,
& omnes voluptatum illecebras superabat, & iracundiam imperio tenebat. Ab ini-
Stephanus. juriarum autem acceptarum recordatione vsque ad abhorrebat, vt non modō
eum, à quo molestia affectus esset, non v̄l cicereret, sed etiam beneficijs contra affi-
ceret. Tanta rursus obedientia laude praefabat, atq; ad obsequium dum adeo prom-
ptus erat, vt ob exuberantem obedientiam atque humilitatis magnitudinem ipsi possi-
tissimum rebus delectaretur, qua cum labore & molestia coniuncta essent. Cui rei,
vt alia multa omittam, istud testimonio fuerit. Nam cū lōgo ab ipsis, ac diffi-
cili interhallo, aqua ea, qua vtebatur, dissipata esset, (erat enim in admirandi viti Auxentij
cœmeterio, quod quidem ille adhuc superstes extruxerat, atque in sanctarum mu-
lierum monasterium consecrārat, ac Trychinariam, vel ob itineris asperitatem ac
difficultatem, vel etiam ob vestrum ipsarum rigiditatem appellārat) cū, inquam,
longo interhallo aqua dissipata esset, Stephanus eam quotidie ad antrum, tam estate,
quam hyeme deferebat. Cumq; non modō aquam, sed & alia omnia, quę necessaria
erant, illinc transferret, nunquam ramen aut desidia languere, aut querelam
vñlū verbum emittere, aut consuetam regulam negligere vñlū est, sed semper eo
inhæret, ei dem, quo magister, gressu incedere, atque ipsius vestigij hærente. Qui quidem ob
sequens.

Vestigij sui magi- vñlū verbum emittere, aut consuetam regulam negligere vñlū est, sed semper eo
sti semper inhæret, ei dem, quo magister, gressu incedere, atque ipsius vestigij hærente. Qui quidem ob
sanctarum sequens.

eximium sum erga Deum amorem, omnibusq; numeris perfectam & absolutam
virtutem frequentes gratias diuinitus consecutus est, & quidem eiusmodi, vt ce-
iam bruris animantibus imperaret, eisque tanquam ministris veterer. Canis enim
ipsi de more in monte assidebat. Qui quidem, si quando Stephanum abesse con-
gisset, (vt si forte quidam è vicinis monachis ad sanctum vitum ventitasset; si que-
dem quamplurima tum erant in illis montibus monasteria, quæ tyrannus, partim
quia immodico venationis studio tenebatur, partim quia monachorum vester, vt
quæ duræ asperaque vita monumentum ac symbolum esset, ac voluptuarios & de-
licios deditos homines molestia enecare posset, infensè oderat, prorsus de medio
sustulit) canem illum de nomine vocabat, atque in charta quadam, ea quę necesse
erant, conscribens, eamque canis collo appendens, ita demum eum ad monasteri-
um descendere iubebat, ac literis illis ad prefectam perlatis quam ocyssim è reuertit.

Bruta ani- Ille autem, non secus arque animal quoddam rationis particeps, statim impera-
mātia obe- faciebat, ac summa celeritate ad monasterium perges, prefectus, cella adstant, ad-
diuum cuius Abbati, Io- nentum suum latratu significabat. Atcum iij, quin illo domicilio consuetum ipsius
hanni scilicet. ministerium agnoscabant, ad eum properabant, ac perfecta charta, quæ apostole
bat, exequabantur. Atq; ita iussis perfunctus canis ad dominum rursus se referebat.

Conti-

Contigit autem aliquandò, vt Stephanus ex aliquo ministerio reuersus diuinum illum Iohannem posito ad speluncę fenestrā capire acerbissimè flentem offendere. Cūm autem ipse defixa humi fronte ab eo nequaquam, vt solebat, benedicere, perdiū ad hunc modum humili prostratus, secum ipse reputabat, quorsum tandem hæc patris lamentatio spectaret. At perspicacissimus ille vir cum animo suo veritatis, ac deinde se erigens, Tua causa, inquit, charissime fili, tua, inquam, causa in hoc Iohanni. Planè enim hoc noui, fore, ut hic locus tua tempestate incrementum capiat: ac ruris ab impijs Imaginum hostibus euerteratur. Ad quæ cūm Stephanus admodum dolenter immo corde ingemuisset, Quid autem, inquit, honorande Pater, an illud quoquæ fore prospexit, vt vna ipse peream, atque à peruersa doctrina vincar? Tum ille, Bona verba fili, inquit: nunquam hoc accidat. Carerūt, vt Apostoli verbis vtar, Ephes. 5. vide quemadmodum cautè ambules. Scriptum est enim, eos demum salutem esse Matt. 24. conficiunt, qui ad finem vñque perseverauerint. Hæc & alia monendi cauſa locutus, aqua ipsi in posterum euentura erant, apertissimè prædictis.

Igitur eo tempore, cūm sacerdormis Stephanus patrem suum carnalem ad Domini profecti relinquisset, spiritualis huiuscemodī patris hortatu Byzantium petiit, ac iustis ipsi perfolutis, diuenditisque omnibus ipsius facultatibus, ac matre atque vna forore aspergimis, altera enim iam antè in Byzantino quodam cœnobio monastice vite causa comam abicerat) ad montem redit. Cumq[ue] ipsius opera illæ à diuino sene benedictionem accepissent, ad mulierum monasteriū ductas cas detondet, ac Dei cultui consecrat: matrisque carnalis atque itēm fororis pater spiritualis efficitur. Etenim hoc demum verè amoris ac consanguinitatis argumentum est, ijsdem rebus gaudeat, atque idem vita genus complecti. Nam si alioqui maiore ex parte homines sanguinem ementiri, ac generis propinquitatem adulterare compertum habeo. Postea autem reuersus in pristino vita instituto perstebat. Non multum temporis intercessit, cūm diuinus Iohannes suam ad Deum profectionem inimicinere sentiens, multis manibus Stephanum precepit instruxit, atq[ue] extremitū osculatus, debito iustis somno conqueuit, spiritumque suum immortalibus manibus commendauit. Statim itaque praefantissimus Stephanus, Patris morte per tessera signifata, monachorum greges, tanquam ceros ad fontes co[n]uocauit: qui cūm beati Iohannis corpus confitum religiosè ac reverenter exosculati essent, orbitatemque suam deplorâsent, in reliquiarum loculo ipsum condiderunt.

At enim nec imperfectus eorum, qui congruentē diuinæ legi vitam ducunt, nec successorum expers est numerus. Nam & vita funeris Mose locum ipsius explenit Iosue 1. lofus: ac cursus recepto in alium Elia successor Elie[us], atque tum ipsius meliora, tum 4 Reg. 2. duplicitis gratiæ hæres designatus est. Ad eundemque modum beato hoc Iohanne ad Deum profecto, statim & spelunca, & gratiæ, non duplicitis solū, sed multò etiam Stephanus amplioris, hæres spiritualis ipsius filius Stephanus exitit. Ergo angustissimam illam Iohanni Abbatii successori sp[iritu]l[em] includit, annos natus aliquantò plus quam triginta. Atque apicula[re] sp[iritu]l[em] in antrum seipsum includens, dulce virtutis mel conficiebat: sic nimis rūm se comparans, vt & laboribus se exerceret, ac per actionum sedulitatēm fauos cerro ordine, ac congruenti mensura componeret, & ijs, à quibus adibatur, illuminationem simili ac dulcedinem impertiret. Atque actuolas quidem ipse quoquæ, Apostoli ritu, Act. 18. manus habebat, confiendorum scilicet retiū, vt ille, artem colens. Atque insuper More Ap[osto]li manu[m] egregie scribendi peritiam consecutus, describendis libris operā impendebat: vt qui non modo nemini oneri esse vellent, sed etiam habere cuperent, vnde egenti subsidium pera. affere posset. Ac spiritus fructus cernere erat in ipsius animo, tanquam in focunda Gal. 5. terra florentes, hoc est charitatem, gaudium, pacem, mansuetudinem, longanimitatem, benignitatem: quos quidē fructus plerisq[ue] eorum, qui ad eum ventitabant, optimi imperiebat. Perimuli quippe ipsius virtutes imitari cupientes, contubernium cum eo habere, ac sub eo præceptore viam in calum ferēte tenere voluerunt. Quibus primum quidem repugnabat, eosq[ue] contubernales habere renuebat, vt qui & molestatam ipsi facessere, & ipsius animum distrahere possent. Tandem tamen eos admittebat: vt qui foras eum, qui ad se veniret, ei ciendum non esse, à Christo didicisset. Iohann. 6. Primum igitur Marinum, probum virum, ac suauissimis moribus prædictum suscepit, deinde Iohannem & Christophorum, postea Zachariam, pium hominem, diuinumque vitæ genus ad summum vñque gradum consecrantem, tum itēm improbum illud par Sergium & Stephanum, (de quibus inferius verba faciemus) ac sex insuper celebres dicipuli.

K k 3 alios,

RIUS

VIII

Cap. 10.

alios, quorum nomina in eorum, qui in Christo viuunt, libro prescripta continentur. Ad hunc itaque modum aperimus ille mons urbis cuiusdam in stir exstructus est, ac praelari cuiusdam conobij locum tenebat: necessarijs nimis omnibus rebus Dei prouidentia ipsis, quantum sat erat, subministratis. Quinetiam diuinis affari Patris cognomento, tanquam opibus quibusdam, ornabatur: ut qui ad hunc etiam usque diem Auxentij mons nun cupetur. Quem quidem Deo iniuisus tyrannus, tandem viri odio percitus, solo aquaui, atq; Auxentianum collem potius nuncupari voluit. Quandiu igitur in eo Stephanus praceptoris munere fungebatur, ex hoc antro, tanquam ex sacro sancto quadam adyto, prospiciens, huic sancto discipulorum chororum praecpta ac documenta dabat, quibus animus ad virtutem eruditur. At cum discipulorum numerus cresceret, atque ad viginti usque progressus fuisse, ipse maioribus dignum se censens (illecebrofa enim res virtus est, siue studiosis maioris incrementi cupiditatem semper inicit, non secus atque auris pecunia) atque etiam aliqui tranquillam & ab omnibus negotijs feriatam vitam vincere amans, ac denique asperiori vita generi corpus addicere constituens, predictum illum Marinum corum antistitem ac moderatorem crevit: ipse autem peragato prorsus montis cacumine cellulam spelunca illa longe minorem extruit, latitudinis non plus quam sesquicubus habentem, longitudinis autem cubitos duos. Ad orientalem autem partem conchae formam effingit, ea altitudine, ut curvato corpore vix illuc stare posset: relata quam autem partem recte expertem relinquit.

Cap. 11.

Iam autem duos & quadraginta annos natus, una ex sacratissimis nostris, cum Marinum clam vocasset, ei que, quid in animo haberet, aperuisset, (necdum enim cuiusquam exploratum erat, cur locum illum extruxisset) una cum eo profectus, in parva illa & sepulcri similitudinem referente domuncula seipsum includit. Sic igitur, cum monachi omnes matutinis precibus perfundit, ad speluncam vestibulum venissent, flexisque capitibus paternam sibi benedictionem, ut mos ferebat, sibi donari potuissent, nec vox Patris usquam exaudiretur, in magna animi perturbatione verari coeperunt. In speluncam itaque, videndi illius desiderio, insilienti. Quem ut minimè repeterunt, luctibus & querelis se afflictabant. Ac postea, aliò alio dispersi, gemitis & lacrymis Pastorem vestigabat. Quorum cursitationem ac fletum diuinus ille versantibus, leni & amica voce agnos vocavit. Illi itaque ad eum currentes, arque illud angustia permolestum domiciliū conspicentes, Equis hoc est (calentes lacrymas ex oculis emitentes dicebant) equid inquam, hoc est, Pater? Cur tantis vita alperatur?

Cap. 12.

Quam sit ardua via regni celstis, inquit, ô filij, cum arcta, ut Scriptura docet, atque angusta sit via, qua in celum dicit? Quod ut illi audierunt, nil aliud adiecerunt. hoc tantum ab eo petierunt, ut cella sua rectum adderet, ac non ita sub dio vitam traduceret. Qui rursus, cum recte cuiuslibet loco sibi celum sufficere responderet, ad hunc modum perstabat, contrarias inter se aeris mutationes ferens. Nam & per astarem solis ardore flagrabat, & per hyemem frigore rigebat. Adhac etiam una melora, eaque parva ac vilis, regebatur, ac stoream solam ad breuem somnum adhibebat. Quinetiam, tanquam huiusmodi arumna non satis plena ac perfecta esset, ferro quoque totum corporis cingebat.

Cap. 13.

Quoniam igitur fieri non poterat, ut (quod vehementer expetebat) tanta ipsius virtus in obscurio delitesceret (quoniam enim istud, cum ne vnguenti quidem odo rem occultare facile sit?) multi ad eum se conferebant, atque, prius etiam quam ullum verbum emitteret, ex solo ipsis adspicere non paruam utilitatem percipiebant. Quo in numero mulier quedam illustris & honesta, marito haud ita pridem orbata, festinante sanctum virum adiit: cumque se viduam ac liberorum expertem, proindeque solam esse ipsi narrasset, nihil aliud sibi superesse dicebat, quam ut monastica veste, cuius se incredibili quodam desiderio teneri asserebat, indueretur. Ille autem eam longa oratione instruam, ac salutiferis praceptis sedulo eruditam dimisit, his verbis ad extremum vtens. Vide cum quo pacisceris: ac si qua te anime cura teneret, id quod promisisti, mox præsta: ne te cunctantem ac moras negligenter mors inuidat. Igitur pia illa mulier ad matrem rediens, ac Patris sermones in immissis cordis penetralibus abditos tenens, facultates omnes suas auro commutat, coque magna ex parte pauperibus erogato, confessum parentes, propinquos, vicinos, amicos reclinques, ad diuinum Stephanum se confert, non paruam aurillius portionem

SUTI

R

tionem secum gestans. At ille asperiori orationis genere ad eam vtens, Cūm tu, inquit, ex Salvatore ipso audiueris, cum discipulum ipsius esse minimè posse, qui non bonis omnibus suis renunciauerit, quonam modo, contemptio ac pro nihilo habito hoc precepto, partem aliquam mundi retines? Hac vt mulier audij, ipsius perspicaciam ad stuporem vsque admirans, Non me, inquit, honorande Pater, auara, spiritualis potius, nisi me animus fallit, cupiditas impulit, vt aurum aliquid mihi reliqui facerem: quod videlicet id per tuas sanctas manus erogari, maioremque mihi tua opera utilitatem comparari cuperem. Tum ille: Alienorum delictorum scintillas manibus meis extinguere nullo modo sustineo. Vereor enim nē qua earum furtim succendatur, maximumque in animo meo incendium excitet. Id enim nonnullis, dum non satis attundunt, vnu venire compertum habeo. Illud autem omnino perspicuum est, quod qui seminat, idem suis quoquā manibus meret. Hac locutus, eam quidem rursus ad matrem redire haudquaquam vtile esse iudicauit: cete-
Matronæ
rum, vi vicinis locis vnā cum pio Marino peragrat, ipsam et suis manibus pecuniam
cuidā impe-
illam distribueret, imperauit. Quo munere cum perfuncta fuisset, tuin denique mo-
rat vt omni-
facultate
naifica eam veste induit, atque ad mulierum monasterium transmittit, antistitiaeque pauperibus
distribuit,
etiam atque etiam mādat, vt summam ipsius curam gerat, manumque ei ad virtutis sequatur
nuda nudū
Chritum.
buent.

Cum autem ille zizaniorum sator Christi Ecclesiam semper quidem oppugnari, Cap. 13.
nunquam tam subigit & expugnari, sed externos hostes nullo negocio frangere ac
proficere cerneret, intestinum ipsi bellum excitare instituit. Ac primū, vt iam di-
testina-
dom, seruum illum hominem, Leonis nomen ferentem, qui à Syris genus duce-
bat, ac præligijs quibusdam (vt quidam homines opinabantur) multa prodigiosē
perpetrabat, atque eiusmodi erat, vt simplicioribus hominibus imposturam facere
posset, aduersus eam immisit. Qui aduersus sanctas Imagines rabido & belluino ani-
mo faxiens, Christi ouile maximis detrimetis afficiebat. Postquam verò à præ-
claro illo Ecclæ Pastore Germano reprehensus ac depulsus est, simulque & hanc
vitam & sempiteram amisi, immanis illius belluae immanior catulus (Constantinum
Copronymum dico, illum inquam, vt quispiam dixerit Ahab ex Achas, vel potius
Herodem ex Archelao, illud libidinis omnis mancipium) perinde videlicet atquē in
id omni animi contentione in cumberet, vt paterna facinora parua & leuia, ac velut
quadam dunataxat magnorum improbitatum ipsius fructuum semina fuisse ostende-
ret, Ecclesiæ populariter, deicxit, euertit, omnes Christi & Sanctorum imagines de-
bet, ac fanniss tradit. Deinde à pietatis amatoribus eximijsque monastici ordinis
vitis reprehensus atque conuictus, implacabile aduersus eos bellum excitat, præ-
clarum illum habitum * tenebrarum indumentum vocans, (cūm ipse dæmonibus
proculdubio tenebrosum animam haberet) atque * Immemorandos eos appellans,
cum ipse nec diuina illa, nec humana memoria dignus esset: ac præterea idolo-
latrias, ob venerandarum Imaginum adorationem omnes nuncupans, cūm ipse au-
rum potius quam Christum adoraret, atque avaritia & impietati peræquè studeret.
Igitur stolidam omnem illam sapientiæque expertem multitudinem, qua ipsius im-
perio subiecta erat, in concessionem aduocat, ac veneranda Crucis ligna vnā cum di-
uis Domini corporis & sanguinis mysterijs, atque ab omni labe puris Euangelij
(in quibus Dei filius Christianus, nē iurent, prorsus interdict) palam proponit: atque
ita per ea vanuersos iureirādo adstringit, nunquam se diuinis Imagines adoratu-
ros, qui eas potius idola vocaturos (cūm ipse potius impietatis idolum verè esset) ac ne
communicationem quidem à monacho accepturos, nec salutantibus quicquam huma-
nitatis vicissim exhibitueros, verū si quisquam eorum monachum aliquem vspiam
obuium habuisset, * Tenebricolum eum & Immemorandum, & idolorum cultorem
appellaturos, ac demum (ō horrendum furem! o ingentem tuam, Christe, patien-
tiam de lenitatem!) lapidibus ipsum petituros. Quinetiam sacri ordinis quendam
natus, cui & nomen cum ipso idem, & eadē fidei sententia erat, (iam enim vt anima,
ita corpore quoquā Anastasius interierat) ei, proh scelestum facinus, Ecclesia curam
administrationemque cōmittit, non Patrum electione, non Synodi examinatione,
non deniq; canonico suffragio atq; decreto, sed tyrannica potius potestate, antifititem
ipsius instituens. Etenim, non secūs ac si in scena aperè luderent, ac non seriō age-
rent, ambo in pulpitū ascenderunt: ac deinde Imperator manibus impuris diploide-

Nefari^e Co- sacram nefario homini profanè imponit, dignum Episcopatu eum esse clamans, qui pronymus graui potius ignominia & vituperatione dignus erat. O importunam & absurdam Episcopum fibi similem audaciam! O execrandum facinus! Qui ense accinctus erat, antistitem sacram creaturam tyrannica po- abat: qui bellis ac cædibus per omne vita tempus operam dederat, initiatoris faci- testate cre- munere fungebat: qui cum tribus mulieribus flagitosissimè sefe contaminarāt, sceleratos pontifices instituebat (id quod ne apud Gentilium quidem sacerdotes vñquam perpetratum fuisse repertum est:) ita vt illud Scripturæ sacra h̄ic locum habet, Qualis populus, talis sacerdos.

Esa.24.

Cap.14.


Cum itaque ad hūc modum obsecrū istud par coijset, atque Attagas, vt vulgo consuevit, Numenio sefe adiunxit, literæ ad omnes vrbes ac prouincias com- meabant, quibus Episcopi ad imperialem vrbum confessim accersebantur. Id autem eò fiebat, vt Concilium aduersus venerandas Imagines cogeretur. Cernere igitur erat audacissima illa facinora, atque impietatem omnē excedentia, qua sine vil- metu perpetrabantur. Nam & sacrosancta vasa ob venerandū Imaginum pidura pedibus obterebantur, & templorum decor ac pulchritudo, quam sacrarum Im- ginum pīctura pariebant, partim abradebatur, partim etiam calceillinebatur. Enim vbi Christi aut matris illius, aut Sanctorum imago erat, vel in ignem coni- cebatur, vel in puluerem redigebatur, vel etiam albario opere inducebatur. At vbia- borum, aut auium, aut bestiarum effigies, aut etiam circus ac venationes pīctae erant, his nimis parcebatur, ac summa cura prospiciebatur. Quocirca Ecclesia tota co- ornata, quem ipsi sacræ Imagines afferabant, spoliabatur, ac tanquam sponsa coni- ge orbata, moesta & squalida atque incompta cernebatur. Quis autem illius tem- poris calamitatem satis dignè deplorare queat? Quæ lingua ea, quæ perpetrata sunt, villa oratione complecti posuit? Quæ auris placidè ac sedatè huiusmodi di narrationem excipiet? Tempestivum scilicet tunc erat Prophetæ verba cum lachrymis vñpare, Perijt sanctus à terra, & qui rectè agat, inter homines non est. In securi etenim & alia Ecclesiæ Christi portas perfregerunt, atque igni sanctuarium ipsius incenderunt. Quænam enim alio mystico sensu porta h̄ic esse queat, quam diuinarum Imaginum pīctura? Nam ea menti adiutum ad exemplar aperit, ac per ea, quæ in sensu cadunt, ad ea quæ intellectu percipiuntur, introducit. Nam alioqui materiam non adoramus, quemadmodum impijs facere videmur: sed spiritualem adorationem ad eam rem, quæ figura exprimitur, per pīcturam referimus. Siquidem Imaginis honor, vt cum Basilio magno loquar, ad exemplar ascendet. Atque haec ratione Crucem, ex qua que tandem materia constructa sit, adorare ita didicimus, vt non ipsi materia, sed ci- affixio cultum tribuamus. Huius porrò veneranda Crucis imago est omnis ad exemplaris formam depicta materia. Neque enim illud duntaxat lignum, cui Christus affi- xus est, adorare didicimus, verum alia quoquæ omnia, quæ ad Crucis formam ex- pressa sunt. Quamobrem aut diuini ligni formæ cultus negetur: aut etiam Christi & Sanctorum imaginibus honor habeatur. Atque hac à me velut per digressionem dicta sint, vt istos ab orthodoxa doctrina procūl aberrare demonstrem. Nunc cō- vndè huc deflexit, oratio reuertatur.

Cap.15.

Ad hunc igitur modum Ecclesia laborante, ac malè affecta, piorum multitudine in summa consilij inopia & moerore verbabatur: ac portulimum sacram monachorum agmen, vt potè quod orthodoxam fidem arctius amplecterebatur. Itaque, tanquam ex compaço, tum Byzantio, tum reliquis Europæ vrbus ac Bithynia excedentes, ad Stephanum Auxentianum montem se conculerunt: ac beatum Stephanum adentes, ab eo pe- tebant, vt ducem se illis præberet, eosque consilio iuaret. Loquer, inquietant, o ab eo con- solentur. Pater, si quis in te consolationis sermo est: mentesque ingenti molestia oppressa cohortare. Titubantem animum fulci: nè humano metu labefactatus, de ipso falli- tis capite periclitetur, ac pietatem prodat. Ille autem eos lubentis animo sufficiens, atque charitati consentaneam hilaritatem præ se ferens, Nihil, inquit, o Patres, nihil inquam, mente pietatem serio colere cupientem viribus antecellit. Itaque futu- rum confido, vt per Christi gratiam vestra quoquæ sententia, pietatis fundamento nixa & stabilita, immobilis perstet, nec hostium impetu frangatur. Ob eamque cau- fam vos potius oro atque obsecro, vt me consilio vestro iuuetis, animumque meum dolentem recreetis. Nam ipse quoquæ, vt cernitis, grauissimo moerore urget. De- fecerunt oculi mei, vt cum Scriptura loquar, propter contritionem filiæ generis mei. Video enim incontaminatam Christi sponsam ab horrendo ac belli cupido da-

Hier. 6.

Ecclesia Christi spō



nione, qui tantum ei bellum excitauit, acerbè & crudeliter oppugnari. Quem-
admodum enim primum aduersus primam imaginem furore percitus, versutè
hominem adduxit, ut mandatum violaret; & effectoris similitudinem amitteret:
sic nunc aduersus Christi & Sanctorum imaginem, non iam subdolè ac per cu-
niculos, sed aperto marte grassatus, huiusmodi caliginem ac tempestatem no-
bis offudit. Ac nunc, tanquam in nocturno pralio, membra inter se conflantan-
tut, atque aduersus alia stant: mutuoque (ô grauem calamitatem!) nosipso
impeditus, atque in obscuro fauimus. Interim peruersus ille sedet, ingentem
ex miseriis nostris risum excitans, vt qui nos Gentilium simul ac Iudeorum spe-
staculum efficerit, subsannationem & derisum his, qui in circuitu nostro sunt. Psal. 43.
Ac nunc filij Sion, nos inquam, preciosi, & auro æquiparandi, reputati sumus
in vas testacea, figlinaque opera contrita. Siquidem, vt diuini Prophetæ verbis
vix, caligine obexit Dominus in ira sua filiam Sion, proiecit è cælo in terram Thren. 4.
deus Israel: nec recordatus est scabelli pedum suorum in die iræ. Quis dabit Hier. 9.
capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo te filia Sion?
Procul enim à me recessit, qui consolabatur me. Ac proinde clamabo ad eum
solus, qui percutit & sanat: vociferabor ad eum, qui solus clemens & huma-
nus est: ac sublata voce dicam, Misericordia nostri Domine, miserere nostri, quo-
niam repleti sumus despectione. Transfer opprobrium à nobis, & da contem-
pnionem superibz, qui aduersus Ecclesiam tuam, sanctasque Imagines tuas insi-
lenter se extulerunt, idola eas appellantes, nosque, qui eas adoramus, idolorum
cultores. At tu renoua nos vt diluculum maturum. Amplificetur recta & vera
fides tua. Ecce enim gemini cordis nostri multiplicati sunt, & oculi nostri de-
fecerunt: quoniam destruxisti maceriam hereditatis tuæ: & vindemiant eam
omnes, qui prætergrediuntur viam. Extermina nos aper de fyla: & singularis
ferus nos depulsi est, ille, inquam, crudelissimi Leonis crudelior catulus. Conuer-
tere, Domine, & vista vineam tuam: & perfice eam, quam plantauit dextera tua.
At continuo in lachrymas & fletus ob incubentem & patoribus & ouibus im-
pietas caliginem, prolapsus, meipius oblitus sum, ac lamentationem ultra mo-
dum produxi. Sic enim mihi persuadeo, Deum probra Ecclesiæ sua illata minimè
neglectum, sed retributionem superibz propediem redditurum, atque Ecclesiam
suum lexit ista conuestitutum, ac pristinam ipsi elegantiam impositurum.

Postla-
mentationem,
prædicti Sta-
phanius, Ec-
clesiae orna-
mentum restitu-
endum.

Cap. 16.

Hic arque alijs huiusmodi sermonibus ad monachorum, qui & ipsi lachrymis
madebant, ceteram vñus Stephanus, hæc verba insuper adiecit. Ad has tres
partes, quæ nefaria hæresis labem minimè contraxerunt, vt fugiatis censeo. Ne-
que enim alijs locus est, qui quidem sub draconis huius imperio ac potestate sit,
qui ab eis veneno purus manserit, quam ea quæ ad acclive Ponti Euxini sunt,
hoc est Zicchie, & Chersonis, & Bosphori, & Nicopoli, & Gotthiæ, atque ea irèm
qua ad Parthenium mare se porrigit: quin & quod in antiquioris Romæ de-
clivi est, ac Nicopolitana & Neapolitana Metropolis, quæque ad Romanum
vique flumen protenduntur: sed & Lycia prouincia clmata, hoc est ex Silai
fci, ac denique Cypria insula, quæque è regione ipsius sunt vique ad Tyrum &
Ioppam. Hæc, inquam, partes ab execrando hoc dogmate puræ persifterunt.
Antiquis autem ipsi, hoc est Romæ & Antiochia, ac Hierosolymorum & Ale-
xandriæ, non modo dogma istud ac dogmatis authorem grauissimo odio profe-
quantur: fed etiam per inuectivas epistolæ de ipso triumphârunt, apostolatam
eum ac Dei hostem vocantes, vpitè aduersus Christi imaginem male ac pesti-
fice concitarunt. Confimili quoquæ modo ille lepida lingua prædictus ac pius
presbyter Iohannes, quem ille petulant ac maledica lingua tyrannus, atque eru-
ditione quidem angusta, ceterum ad vituperandum copiosa & peracuta, Mansur
appellabat, in multis epistolis cum acerrimè perstrinxit, nouum Mahometum
cum appellans, Christique hostem ac sanctorum inimicum, atque Episcopos qui ea-
dem sentiebant, τινούσις potius, hoc est tenebriones ac ventris mancipia nuncu-
pans, vt quicunque ventris causa nihil non sibi dicendum ac faciendum censerent. Atque,
vi breui complectar, omnes eos, qui vñsanæ ipsius sententiae subscribebant, tan-
quam Oræb, & Zeb, & Zebee, & Salmana, ac velut synagogam Abiron, execran-
dos Deoque inuisos reputabant.

Psal. 82.

Hæc

Rius

VIII

5

Quatuor p-
cipiū patri-
archæ Ico-
nomachorū
fectam con-
demnare.

Irem Ioh-
nes Dama-
scenus.

Cap.17. Hæc verba ut pius ille cœterus audijt, piumque virum velut extremum allœcatus arque complexus est, ad ea loca, quæ cuique commodiora visa sunt, selecontulerunt: in hoc quoquæ videlicet Christo obtemperantes: quippe qui eos, Nemo debet vtrò se in pericula coniijere. **Matt.10.** Qui persecutionem patiuntur, ex una vrbe in aliam profugere iubeat. Quando quidem minimè conuenit, vt ipsi nosmet vtrò in pericula coniijecamus: quemadmodum contrà, repræhensione non caremus, si in periculis constituti, animum defpondeamus. Spectabatur itaque Byzantium velut in expugnatione quadam captiuitate oppressum, monasticoque habitu priuatum, ac tanquam in squalorem redactum: sublato nimis atro colore, qui prius ad vrbis ornatum albo admixtus erat. Etenim aliis ad Euxinum pontum nauigabat, aliis ad Parthenium pelagus omni festinatione contendebat, aliis Cyprum perebat, aliis ad antiquorem Romanum properabat. Ac sic variè quisque, à suis mortieris auilli, hospites & aduenas in diuersis locis degebant. At vero ille non minus à mente quam à pijs dogmatibus auersus tyrannus, grauiter adhuc aduersus venerandas Imagines spirans, ac velut sua in huiusmodi rebus amentia colophonenim imponere gestiens, insigne illud, quod Blachernis est, Deipara templum eximia quadam ac penè incomparabili pulchritudine præditum, & lapillis aureis in vitroque pariete arte summa coornatum, abrasit & immutauit, deletis imaginibus delicit omnibus Imaginum formis. Etenim eximio ac pereruditio artificio canalis Christi nativitas, & diuina ipsius miracula, & venerandorum mysteriorum traditio, ac denique per ipsius Crucem in infernum descensus, & resurrectio, picta illuc erant. Quibus omnibus horrendum in modum abrasit atque deleit, ille perditionis filius arborum species, atque omnis generis avium formas eorum loco sculpendas curauit. Ac tum sanè quispiam non incommode illud Davidis dixisset, Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiā. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum belis terræ, hoc est venerandas ac sacras martyrum reliquias: quas partim igni, partim mari, partim denique (ð facinus orbi vniuerso damnum ferens!) præcipiūs traxiderunt.

Cap.18. In hoc igitur prorsus venerando templo consceleratus tyrannus, vna cum impio ac sacrilego illo gregis mercenario, ac non minus excrandis episcopis, qui cum ipso erant, insidens, improbum confessum cogens (ecquis enim Concilium hoc appellari?) statuas (ð rem grauem!) & idola sacras Imagines vocat. Ac deinde illi iniuriatum suum iniuritate, ac malum, vt dici solet, malo cum lantibus, orthodoxum illum Germanum anathemati per summum furorem suborthodoxus iijciunt, ea scilicet facientes, quæ ipsi pati merebantur, idolorum eum ac lignorum cultorem appellantibus, cùm ipsi verè dæmonum cultores & amici essent. **Iconomachis anathematizantibus feri.** Quonam pacto, Christe, lenitatem illam tuam, quæ nullis verbis explicari potest, non admirer? Quonam pacto benignitatis tua, quæ vim sermonis omnem superat, abyssum exponere queam? Adhæc porro audacissimæ illæ lingua cō pro ruperunt, vt ingens quoquæ istud & improbum eloqui non dubitarent, nimis illam ipsam Dei genitricem virginem inutilem quandam post mortem, ac commodi omnis expertem rem esse, nec cuiquam omnino adiumento ac præsticio esse posse. Ac denique, quod postremum illorum & grauissimum malum est, scelerati certè ac vinea Christi exitiosi sacerdotes (de quibus Propheta prædixit, Egressa est iniurias à sacerdotibus Babylonis: ac rursus, Pastores multi demorati sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam) hi, inquam, interfectum & prophanum minimè distinguentes, posteaquam è pestilenti illo conflitu exurrexerunt, populum eum, qui post eos à recta doctrina aberrarat, manus in alatum tollere iubentes, latum strepitum excitârunt, atque horrendum illud atque omnem furorem excedens protulerunt, Hodie salus mundo: quandoquidem opera tua, ð Imperator, idolis liberati sumus. O prophanas linguas, qua nefariam illam vocem emiserunt! Quibus illud Dauidis planè quadraret, Iniuriam in excelso locuti sunt. Posuerunt in calum os suum, & lingua eorum transiuit in terra. Existimârunt enim robustæ improbitatis ac nobilis impictari homines se nihil magni ac præclari facturos, si ea loquerentur, quæ aurei ferri

Psal.78. Item sanctorum reliquias. **Cap.19.** Rerum horribilium, quæ in tempore Christi in oriente accidit. **Dan.13.** Horrenda iconomachorum vox. **Hier.42.** Psal.71.

SUTI

910
RTI

forte possent, audaciaque suæ modum aliquem constituerent, ac non omnium, tam qui vñquam fuerunt, quam qui vñquam erunt, maximè impios fese præberent.

Hac cùm ita & dicta & perpetrata essent, ac propemodùm & os omne impium Cap. 19.
istud dogma professum fuisset, & manus omnis professionem scripto confirmasset,
Imperator huiuscē Stephanī virtutem audiens, secumque istud perpendens, quod
si hunc quoquā rebus suis includeret, fauoremque ipsius ac præsidium sibi adiun-
get, exercendo suo dogmati magnum ob ingenem virtutis illius claritatem at-

Nititur im-
pius tyranus
S. Stephanū
in sua sente-
tiam attrahere.

get, exsplendore robur conciliaret, Callistum quendam, patricij ordinis, summa
secum familiaritate deuinclum, atque & suam hæresim apprimē callentem, & exi-
mia dicendi facultate prædictum, ad se accersit, eumq̄ue ad sanctum virum legat,
his verbis vñs: Ad Auxentianum montem contendere, ac Stephano, qui illic de-
liefit, atque ex Immemorandum classe ac numero est, persuadet, vt Concilij
decreta assentiantur, & subscribat. Sicq̄ue eum alloquere: Pij ac rectissimē de re-
ligione sentientes Imperatores, Constantinus & Leo, benevolentia erga te, quia
virtute ac vita sanctitate delectaris, impulsi, te orthodoxi Concilij decreto nunc
edito ac promulgato subscribere iubent. Tu verò & caricas ipsi & palmas feres,
amygda itē, aliaq̄ue nonnulla, quibus vir colendā pietatis studio denotus ali-
conducit. Nōrat enim & ipse, quanta esset illius continentia, penè vt etiam de hoc
virtutis genere cum spiritibus à materia remotis contenderet. Callistus itaque
quam celerimē poterat; ad montem profectus, sancto viro Imperatoris manda-
tum exponit, eaq̄ue omnia, quæ illiciendi atque inflextendi vim habebant, in me-
diū profert, ipsūque ad subscrībendum pertrahere conatur. Verūm pietatis Nullis ille-
corona erat Stephanus, zeloq̄ue ac virtute Protomartyre haud inferior. Tanquam cebris flecti
enim, qui Dominum à dextris suis esse semper prouideret, ac proptereā nullo hæ-
resi impetu concuteretur, ad perniciosem illum nuncium his verbis vñs est: At potest S. Ste-
phanus.
ego nec huic decreto ac falsi huius Concilij vaniloquio subscrībam, nec illud vñ-
quam comprobabo, nec amarum dulce, ac tenebras lucem dicam: nè Prophetæ Esa. 5.
maledictionem in caput meum pertraham. Sacram autem Imaginum caufa
promptum mihi ac proclue est mortem oppetere, Imperatoris minas, qui has de-
lere auctis est, nihil moranti. Hæc vbi dixit, cauam manum statim ostendens, Etiam Ardens in
simehi, inquit, tantulum duntaxat sanguinis esset, id tamen pro Christi imagine pro-
fundere minimē dubitarem. Quos verò ab eo ad me cibos attulisti, referas sanè
lice: quoniam, ut cum diuina Scriptura loquar, bonorum eius non egeo. Oleo pec. Psal. 15.
catoris non impinguetur caput meum: nec hæreticorum cibis guttur meum deli-
niatur.

Hac oratione auditu Callistus maximo pudore suffusus reuertitur, atque Impe- Cap. 20.
rato remadiens, omnia ei narrat. Ille autem ira ac furoris nube obducitur, ac stan-
tim facios vñ cum Callisto mittit, eisque imperat, vt sanctum virum à cella sua
abstrahant, ac protinus ad inferius monasterium deducant, illi cum summa cura
ac vigilancia inclusum teneant, quoād arbitratu suo de eo confiruerit. Sic igitur
dicto circa id quod imperatum fuerat exequi contendentes, ad speluncam veni-
unt, ac fanguinario animo insiliunt, ostioque statim calcibus effracto piūm virum
per vim foras trahunt. Ac cernere erat rem proborum oculis admiratione di-
gnam ac memorandam. Etenim ex ingenti quadam continentia, & domiciliu hu- Admiranda
militate atque angustia, tibiae ipsius ira femoribus adhæserant, vt nec vlo modo S. Stephanī
flare, nec moueri posset. Quod cùm amentes homines perspexissent, summa austeritas.
admiratione perfuli sunt, atque ex sauitia & feritate animos ad commiseratio-
nem inflexerunt. Ac duo quidam ex ipsis (sunt enim etiam inter malos ac fla-
gitios homines semimali quidam, atque eiusmodi, vt eorum improbitati reme-
diū afferri possit) concepta ex tanta sancti viri ærumna commiseratione, conser-
tis manibus acceptum cum sufferebant. Mox autem ad Patris Auxentij cœmete- Dicitur vir-
rium venientes, cum vñ cum monachis illis, qui cum eo versabantur, inclu- sanctus cū
serunt: atque ipsi pro foribus excubabant, imperium aliquod ac nuncium à ty- suis mona-
chis capti-
ranno expectantes. At enimq̄ero generosus ille atque eximia virtute prædictus us ad Au-
Stephanus, tot molestijs affectus, ac facinorosi cuiuspiam hominis ritu in custodi- xentij come-
terium.
am coniectus, animo non concidit: verūm vñ cum socijs suis alta & modulara

voce

RIUS

CIP
B.C.P.
VIII
5

* deest, Iesu voce psallebat, Impollutam imaginem tuam, ô bone *, adoramus. Ac deinde alind
seu Christe, quiddam huiusmodi ab ipsis psallebatur: In cogitationum mearum latrones incidi,
ab ijsque mihi misero mens abrepta est. At ij, quibus custodia commissa fuerat, pro
focibus stantes, atque id quod ab eis canebarunt audientes, ac velut excantari sele pro-
pter illos existimantes, capita mouebant, seque miseros ducebant, quod à monachis,
qui nihil sceleris admisissent, atque iniquè inclusi tenerentur, optimo iure latrons
appellarentur. Cùm autem sex iam dies fluxissent, in quibus pius ille vir nihil omni-
no cibi gulfarat, septimo die affuit quidam à tyranno missus, qui sanctum virum ob
bellum, re-
stituitur.
Cella sua
ob exortum
bellum, re-
stituitur.

Cap. 21. Cæterum ille κάκιος potius, hoc est pessimus, quam Callistus, cùm vnum ex sancti
viri discipulis, nomine Sergio, de quo iam nos verba facturos esse promisi-
remoris arbitris accessuisset, ac versuri quibusdam sermonibus & pecunia eum
corruisset, misero illi persuadet, vt non ludam solum proditiois reum agi fina,
sed ipse quoquè rursum patris ac præceptoris sui proditorem se præbeat. Confi-
stum igitur in ipsius perniciem meditari non desit, atque omnem artem adhibere
quò magnum illum virum cassibus suis implicitum teneret. Vt autem fructus se le-
borare, ac nihil efficere perfexit, (Cur enim sacram illam animam, atque ab omni
repræhensionis nota immunem aggrediebatur?) statim à sancto ouili digreditur,

Psal. 17. velut nimirum filius improbus atque alienus, à semita recta claudicans: atque ad
eum, qui legendis Nicomedensis oræ vestigalibus prærat, Aulicalamus nomine,
accedit, cumque socium & adiutorem in his, qua aduersus sanctum virum strue-
bantur, adhibet. Ambo igitur, in capitib[us] sui perniciem inito confusu, libellum
in eum calumnijs refertum peruersissimo animo confribunt. In quo primum
illud inserunt, cum Imperatoris, tanquam haeretici, memoriam execrari, ac ditis
deouere, cumque Syrum ac Vitelium appellare, atque aduersus ipsius maestatem
technas moliri, aliaque permulta, quæ ob prolixitatem, & inutilem loquacitatem,
intempestiu[m] ac superuacaneum est commemorare.

Cap. 22. Postremò autem de proba illa ac præclara Anna, quam ipse mundum fuga re-
linquentem in monacharum numerum atque ordinem adcripsérat, hoc ponunt,
quòd mulierem quandam nobili loco natam, fraude circumuentam monachis
institutis initiasset, atque in inferiori monasterio teneret, cum eaque nocti ad
ipsum ascendentem consuetudinem haberet. Adhaec ipsius ancillam pecunia cor-
rumpunt, eique tum libertatem, tum aulici cuiusdam connubium pollicentes,
hoc persuadent, vt aduersus eam simul ac sanctum virum consentanea ijs dice-
ret, quæ illi in illo calumnijs pleno libello contexuerant. Hoc cùm scripissent,
per militem quendam ad Imperatorem, qui tum in Scytharum locis morab-
tur, libellum mittunt. Ille igitur lucri cuiusdam instar eum accipiens, ac leonem
jam in vinculis habens, ad Anthetum, qui vicariam ipsi in vrbis gubernatione
operam nauabat, epistolam quamprimum scribit, hoc exemplo. Ad mona-
sterium illud, quod ad Auxentiani montis radices situm est, summa celerrate
proficiuntur. In eo enim quadam Immemorandum scorta sub pieratis preter-
tu degunt. Quorum tu vnum, cui nomen Anna est, assumptum, per publicos
equos quam celerrimè ad nos mitte. Ille igitur scelerati Regis sceleratior præfectus,
simulatque literas accepit, militum agmine cinctus, ad monasterium proficiuntur,
ac sacras illas mulieres tertiae hora laudes Deo canentes offendit. Confelli-
taque milites, quibus ipse septus erat, gladios stringunt, ac Christi sponsas cir-
cundant. Ita diuina laudatione incondito clamore compressa, Christi famulæ,
quæ fugerent non habentes, partim intra sacri altaris cancellis sele protinus
abdebat, partim venerandum diuinæ mensæ peplum subibant, partim ad

Imperato-
ris literas ad
Antherum
vicarium.
Diuinæ mē-
sam, altare
dominicum
appellat.
montem excurrere tentabant, sed ab ineuitabilibus illis prædonibus retineban-
tur. Quorum impetum domus illius præfecta minimè ignorans, (etenim in
sua cella quiescebat) mulier ætate quidem prouecta, cæterum in perferendis
laboribus vegeta, intrepido animo ad eos egreditur: atque, Quid ista perpetra-
tis, inquit, cùm Christiani sitis? Quid in mulieres diuinu[m] cultui conferatas, que-
nemini vñquam injuriam vilam inferre in animo habuerunt, impetum fecilis?

Hil autem venerandæ illius anüs libertatem summopere admirantes, atque eam

antistitam esse intelligentes, insolenti illo impetu suo statim in diuersum mutato, non sine quodam pudore ac reverentia leniter ad eam his verbis vtuntur: Annam Stephani amasiam nobis dede. Hoc enim Imperatoris edictum poscit. Ipsa Anna sancti monialis, autem eam protinus, ac quandam alteram cum ea, nomine Theophanam, accer- captiva ad Imperatore sens, Abite, inquit, ad Imperatorem: ac prudenter ipsi respondere. Ceterum, ducitur. quod eius fieri poterit, prouidendum vobis est, ne per fraudem aliquam in praedam incidatis.

Potquam igitur abdueta sunt, atque ille eas adesse comperit, disiungi ab inui- Cap. 23.
cēm iubet: ac deinde accitam Annam ad hunc modum affatur. Mihi quidem nullo omnino modo dubium est, quin ea omnia vera sint, quae de te ad me perlata sunt. Ceterum eō te acciri volui, ut tu quoquē liberē ac submota omni dissimulatione cuncta dergas, nimisrum quoniam pačto præstigiator ille ac sceleratus huc te adduxerit, vt & bonorum tuorum possessionē relinqueres, & paternam nobilitatem pro nihilo duceres, ac denique hanc tenebrarum vestem indueres. Perspicuum videlicet est, quemadmodū etiam à quibusdam intellectu, id illū tibi idcirco suafisse, vt te tanquam scorto abuteretur. Verū quid tandem in eo pulchritudinis perspexit, vt tu in eam fraudem incideres? At casta illa mulier turpibus his verbiis auditis. Absit, inquit, Imperator, yt hac de causa paternas opes abiecerim, atque Pter pulchrū ornatum omnem exūrī, vt animā meam huiusmodi libidinibus in seruitutem Anna ad Imperatoris addicerem. Verū qui hæc de me detulerunt, vt cum Dauide loquar, acuerunt responsum. Psal. 139.

linguam suam sicut serpentis: venenum aspidum sub labijs eorum. En igitur corpus meum tibi proponitur. Ferro, igni verberibus excrucietur: nihil aliud, quamdiu mīhi spiritus ac vita suppetet, ex Anna audies, quād quod verum est. Sanctum aciūm virum hunc esse, animaq̄ue mea salutem attulisse perspectum habeo. Obriguit ad hæc tyrannus, horaque parte haud exigua vocis vñu caruit: sumumque leuæ manus digitū, vt illi in more erat, p̄mōdēns, ac dextram manum in orbem torquens, hanc quidem sedulō custodiri iubet: ipsius autem comitem, inuitam licet ac repugnantem, dominum reuerti. Quò eriam vt redijt, antifitæ suæ ac magno Stephano cuncta exponit.

At vero Imperator non multò post, confessio ex animi sententia bello, Constan- Cap. 24.
tinopolim redit. Aparum admodū, aut nihil omnino, de publicarum rerum administratione laborans, hoc unum scriō agit, ac negotiis omnibus anteponit, nempe ut Stephanum retibus suis implicitum tencat. Annam itaque, de qua verba fecimus, in Phiale carcere includi iubet, (est autem ille mirè caliginosus, atque in- Anna ter- inferno propedium haud absimilis) ac deinde per cubicularium quendam hæc ei- rimō carce- significat. Parce tibi ipsi mulier, animumque indu honeste viuere, atq; abieciō hoc re includi- tura.

tenet, tenebrarum indumento cum Imperatrice vitâ degere. Ceterum crastino die, cùm interrogaberis, fac coram omnibus vera dicas. Praet̄d enim est ancilla tua, quæ, eti- am si ea quæ perpetrata sunt inficiari volueris, te conuincent. Ego autem veritatis patronus ac propugnator, membratim ac frustatim carnes tuas lacerabo, faciamq; vi intelligas, quantum Imperator, qui te hæc monet, valeat, quantum rursum Imme- morandorum antistes Stephanus. Sin autem hoc tibi persuaderi finas, vt nomen eius aperte deferas, ipsiusque voluptates ac libidines palam prodas, maximos à no- bis honores ac munera conquereris. Hæc vt pia Anna audiuit, nihil aliud quād meras nugas hæc omnia esse dicens, breue responsum dedit, hoc vnum inquiens, Dei voluntas fiat. At Imperator, cùm ingentem hominum cœtum ante palatijs car- cerem poltridi manè collegisset, vt qui se ipsi quod volebat persuasurum esse con- sideret, nudam eam in omnium conspectu fisti iubet, virgarumque fasce in ipsius oculis & adspectu posito. Hæc, inquit, nō ad spectaculum duntaxat, incutiendum que tibi terrorum adhibui: sed & tergum tuū & ventrem ijs concindam, nisi ex- crandos Stephanii concubitus hodierno die in apertum proferas. Ad quæ cùm ca- stilla mulier, animique magnitudine præstans, ad Christi exemplum obticuissest, Tyrannus oculos in eam iracundè coniiciens, ac meretricem eam, quæ pudicitæ amore tenebatur, scelpto ore appellans, flagris eam crudeliter affici iubet. Cùm itaque ipsa à quatuor valentissimis hominibus distinta fuisset, ac perdiū & tergo & ventre tunderetur, nihil aliud ex ipsa audiri poterat, quād hoc solum, Non noui hominem, quemadmodū ipse ait, non noui: Domine miserere. At vero versipellis illa ancilla, atque animo etiam adhuc magis seruili ac scelpto, Impe- ratoris


Versipellis ratoris iussu in ipsius conspectu stans, manus aduersus eam protendebat, ac ne eius ancilla conspuere quidem ipsam verebatur. Cumque nonnulli ipsius calamitate se in eam commoueri fingerent, atque in aurem insuurrantes, ipsam admonebant, ut ea, spuit.

qua Imperatoris voluntati consentanea essent, diceret, atque ad hunc modum cruciatis eximeretur, ipsa in pristina animi fortitudine ac tolerantia perstans, à vero minimè descebat. Ut autem eam verberum multitudine confectam, ac penè spiritum exhalantem tyrannus vidit, subsellio exurgens, celeri cursu in palatum se abdidit, eam in vno quodam virbis monasterio includi iubens, & quidem ita, ut omni corporis cura destitueretur. Ipse autem varios ac multiplices insidiarum modos animo versare non desinebat, quò sanctum virum morte afficeret.

Cap. 26.

Quocirca postridie, cùm Georgium quendam cognomento Syncletum, nitidum ac vigentem iuuenem, ipsique charissimum, acciuisset, priuatim eum ita alloquitur: Quantam, ô Georgi, tui erga me amoris vim esse ait? Infinitam, inquit ille Imperator, nec in mensuram villam cadentem. Tum Imperator: Audiasne igitur Pro hactua erga me benevolentia mortem oppere? Et quidem liberter, inquit ille, ac summa cum animi voluptate istud fecerim. Hic Imperator lætissimo anno ipsum osculatus, En, inquit, nouum quoquè Isaac. Ac deinde. Nec vt me causa mortem subeas, Georgi, nec vt membrum aliquod tibi adimi finas, nec denique vt quicquam aliud eiusmodi sustineas, nunc iubeo: verum hoc vnum, vt ad Axentianum montem propere te conferas, cumq; omni memoria indigne Stephano agas, ciq; persuad eas, vt tibi monasticum habitum imponat, ac te in suorum album adscribat. Quod cùm cōtigerit, statim ad nos quām celerrimè poteris, redreas. Ille autem hunc sermonem prompto ac lubentia animo excipiens, atq; ad hanc fraudem obeundam ab eo (vt erat in huiusmodi rebus ingeniosissimus) plurimis verbis instructus & eruditus, confessum ad montem ascendit, ac sub nemoro quodam ac virgultis pleno loco delitescens, media nocte, dæmonibus non absimilis, egreditur, atque ad monasterium accedens, voces ad misericordiam cendam comparatas emittebat: Misericordia mei, inquiens, misericordia Christiani omnes qui hic habitatis: nec m̄a feris abipi, aut in præcipitum vel voraginem ruere finite. Oberraui enim in via, nec quid faciam habeo. Hæc & alia quadam cùm simulatissimo animo quereretur, Stephanus, vir humanus, & ad misericordiam, & am propensus, exaudiens, Marinum monachum accessit (rei enim commentaria misericordē simplex illa ac fuci & malitia expers anima fidem adhibebat) atque, Abi proper, inquit, ac lugentem istum, quicunque tandem ille sit, huc admittre, n̄ pereat. Ille igitur confessum admissus, ad ipsius genua se abiicit, atque, ô Deus bone, quanta cum simulationis larua impurus ille & execratus vitatum illud, Benedictus Pater summè venerande, pronunciauit! Postea quād autem sanctus vir ipsi benè pretus est, ipsumque exurgere iussit, tum ab indumentis, tum à facie ac genis prossus abrasis eum agnouit. Siquidem eraſo mento erat. Nam id omnibus tyrannus editi, aulicos oēs xerat, in hoc nimis Deo aduersam legem sanciens, ad Mosem videlicet dicenti, Loquere ad populum, ac prohibe n̄ barbam in rotundum radat, aut cam implexam gerat. Etenim vt in alijs omnibus rebus, sic in hac quoquè ipsi aduerari contendebat. Atque omnibus tam iuueniis quām senibus barbam ad cutim visque radere præceperat: vt qui eos, tanquam falaces equos, ad benē semper curandam cutim, atque ad lafcia eti studium extimularet. Cùm igitur hinc eum ex Imperatoris clafe esse conicisset, percunctabatur ex eo, vnde nam effet, & quò pergeret. Ille autem (ac vide quæso hominis malitiam) quin ex aulicorum numero esset, minimè inficias ibat: cæterū, inquit, dum flagitosissimi Imperatoris furentiam, & ego & socij mei sequimur, pene in Indaismum præcipites abrepimus, atque in ingens anima periculum iam incidimus. Ego vero quo in malo veſarer, tandem aliquando persentiscens, ad tuæ sanctitatis pedes, vt vides, proponter veni, vt angelicum hunc habitum, cuius desiderio teneor, à te obtineam.

Georgius aulicus, dolose habitu monasticu à viro Dei ex postulat. Quocirca n̄ me quæso abiicias, honorande Pater, nec, tametsi indignum, à praeclera hac spelunca remoucas. Tum ille nomini suo respondens Stephanus, Ne quo, inquit, fili, huiusmodi rem aggredi. N̄ quid mihi periculi à tyranno creetur. Ille autem statim figuramentum suum a simulatione adaugens, atque id omni studio contendens, vt fabulam eam, quam agebat, quoquè eius fieri posset, ab omnibus suspicio.



suspicione vindicaret, ac præterea quod sanctum virum ad id quod expetebat alliceret, Rationem, inquit, Deo pro anima mea reddes, nisi me hodierno die si nevila cunctatione detonsum in monachorum ordinem adscribas. Nihil enim mihi alioqui superest, quam ut statim ad prioris vitæ institutum reuertar. At venerandus ille vir hoc sermone commotus (Non enim omnia pro nihilo ducere, cum de anime salute agi existimaret) Etiamsi periculum in hac re situm est, inquit, tamen quia te sincero animi affectu accessisse dixisti, non committam, ut contra Dominicum præceptum te foras ejiciam. Cæterum attento animo sis oportet, pectusque tuum aduersus omnem ærumnam præmunias. Sic enim suos Dominus explorare solet. Hoc sermone habito, mundanam vestem In sui perditionem impostror ille ad Stephanum recipitur.

Nec vero subdolum tyrannum hoc fugit: verum interim dum hæc perage-Cap. 26.
banut, ingentem hominum multitudinem in theatro colligens, ac gradus eos, in quibus purpuratorum corona stare consueverat, inscendens, mœrore que pro-
fugiat ac perdit hominis larvam induens, Nulla mihi vita reliqua pars est, in-
quit, praeteritoria Deo inuisi. Immemorandorum horum agminis nequitia.
Cum autem populus ad istud exclamasset, Quonam modo hac, cum huiusc
habitu ne vestigium quidem ullum in tua vrbe supersit? ille editiore voce, In-
fidias eorum, inquit, nullo pacto ferre quo. Omnes enim meos subdolo ani-
mo circumuentos ad se pertraxerunt, atque adamatis suis tenebris manciparunt.
Nunc autem, tanquam ne nunc quidem ijs qua perpetrârunt contenti, grauio-
ra prioribus adiecerunt, ac Georgium eum, quem, vt scitis, amore complecte-
bar, à latere meo abruptum aufulsumque, monachum (ò terra, & Sol!) effe-
cunt. Hæc me intolerando quodam mœrore excruciant. Cæterum cura nostra
in Dominum coniencia est, nobisque ad eum preces adhibenda: atque ille
breui, quod expetimus, in apertum proferet. Ad hunc modum præfigior il-
le ac vanus, quod, pro eo atque imperârat, ac veterotorio animo molitus fue-
rat, iam iamque euenturum erat, ante prædictis, vt vatis famam consequeretur,
qui densissimis tenebris ac scelere plenus erat. Cum autem ijs qui aderant, qui que
nihil ad veritatem, sed ad gratiam omnia sua tum facta tum dista referebant, tri-
tum illud ac pernigaram dixissent, Cor regis in manu Dei est, & Orante te, Deus
omnino exaudiet: concionem soluerunt.

Porrò admirandus Stephanus execrandum illum, ac mali malum discipu-
lum, post tertium diem accersit, plurimisque præceptis instructum detendet, ac
monastico habitu adornat, atque, ut Solomonis verbis vtar, inaurem auream
nari porcine imponit. Ille autem nihil diuinâ illa præcepta moratus (qui enim,
cum in malevolam animam sapientia intrare profecto nequeat?) montem, tan-
quam ignauis quispiam ac fugax miles, relinquentes, ad aulam abiit. Impera-
tor vero lubenter eum excipit, ac lato animo amplectitur, non ob sanctum
habitum, ut oportebat, sed ob id potius, quod eum abiecisset, hincque ipse iusti
viri de medio tollendi anfam naetus esset. Confestim igitur omnibus cuiusvis
ætatis hominibus ad publicum theatrum sub matutinum tempus ipsius iussu
coadi, stans ille eodem quo prius loco, alta quadam voce, ac mira lætitia per-
fuso animo, Vicit, inquit, fortuna mea: precesque meas Dominus exaudiuit. Pa-
pæ, cuius hominis? Imò vero carum potius princeps tenetiarum auditor exti-
tit. Cum autem multitudo pro suo more ipsi applausisset, atque ista ad grati-
am & obsequium comparata rursus dixisset, Quandò autem, ô here, te Domi-
nus non exaudiuit? ipse hoc sermone delectatus, ac iucundè arridens, Reuelau-
xit, inquit, mihi Deus quem quarebam: quem si vultis, hodierno die vobis
commonstrabo. Ac simul spectandum cum produxit. Promiscua itaque illa
multitudo, simulatque ipsum conspexit, quod tempori magis adhuc obseque-
retur. Hunc, inquit, male de te meritum, malum ac nefas est intueri. Obtrun-
ctetur ergo quamprimum execrandus iste, obtruncetur. Quæ cum dicerent, id
quidem dicebant, quod illum pati oportebat: cæterum ab Imperatori men-
te ac sententia prorsus aberrabant. Quocircà statim, tyranno ita iubente, sa-
cram ipsi epomidem detrahunt, eamque ad populum vñà cum cuculio (nam

Ecclesiasti. ita appellari consuevit) abijcunt: quæ exemplò ab impuris illis ac sceleratis
ca indumenta conculcata sunt. Ut autem Cruciferum quoque analabum, hoc est redimicu-
ta indignissimum, vt etiam ipsum deicerent, nefario illi demere cooperant, manibus acce-
zuntur.

Tum Senator quidam, vt nomine, ita etiam re Dracontius, Projiciatur, inquit,
Imperator, hic quoque Satanic laquei funis, dignus ipse proculdubio eufratio
di laqueo. Quod etiam cum illico factum fuisset, is quoque à plebe protinus
cernebatur. Et quidem res præclaræ indigo homini recte derrebantur: et
non item recte à scelestæ ac sacrilega multitudine per contumeliam obtere-
bantur. Post autem, quatuor homines prono corpore arreptis prophani illius velli-
bus, tanquam pelle aliqua ipsum statim exiunt, atque eius loco militarem ve-
stem imponunt, caputque ipsius galea cingunt. Cumque cum prius inspedie-
te turba vndis eluiscent (ad expiadam scilicet spuciem eam, quam ex facto
illo habitu contraxerat) ac Iudaicum in modum (quid enim aliud dicam?) ipso
quoque res diuinæ & sacras ludibrio habuissent (o quoniam pacto hac vel au-
res duntaxat ferent!) tum denique suismer manibus Imperator ene ipsius he-
meris appenso, cum Hippocomi dignitate ornat. Atque hanc Georgius abno-
gati magistri mercedem tulit, quemadmodum Iudas pro negato Christo triginta
talenta.

Cap.28. Confestim itaque multitudo impetu facto sancti viri discipulos disturbant, ac
monasterium vñà cum templo igni absunt, sanctumque virum illum latronum
instar è spelunca abreptum ad Chalcedonis nauale abducit. Quænam autem lin-
guia calamitates eas, quas in tam longo itinere perferendas habuit, oratione com-
plecti queat? Alij enim eum magno impetu trahebant: alij fustibus à tergo fer-
ebant: alij in vallem cum deuoluebant: alij tibias ipsius calcibus laniabant.
Erant etiam qui in venerandam ipsius faciem spuerent. Erant item qui teneriores
virgas amputantes, sacram ipsius caput verberarent: quod nimurum hac ratione
plausum ac risum & voluptatem impuris hominibus excitarent. Alij denique po-
tulantiori animo prædiri, cæsis palmarum ramis ante ipsum incedebant, cachin-
nantes, & illudentes, ac sexenta in eum disterna iacentes. Quidnam porrò hac
ab impio ludorum furore distabant? Ut autem nullo in eum contumeliam

genere prætermisso ad litus peruererunt, tum demum lembo impositum ad Phi-
lippici monasterium (id autem Chrysopolii haud longè à Byzantio situm est) for-
tem virum abducunt. Vbi etiam illum custoidentes, de ipsius statu Imperato-
rem certiore faciunt. Quem, vbi atrociem illam huicse viri rapitionem &
contumelias, incensumq; monasterium audiisset, latitiam inde conceperit, atque edictum statim promulgasse, quo capitalē poenam in eum sanciebat, qui
ad Auxentianum collem vel solūm appropinquare ausus fuisset. Postea autem
cum hærefiarchas illos, qui eandem cum eo doctrinam tuebantur, acciuserit.
(erant autem illi Theodosius Ephefi Episcopus, Constantinus Nicomedæ, Naco-
lius Nacolia, Sisinnius item ac Basilius, quorum alter Pastilla, alter Tricabali
cognomentum habebat, ac præterea Callistus, de quo antè verba fecimus, & Com-
boconon, qui in scribarum numero tum erat, ac denique Mafaras, qui eadem cum
Saracenis de religione sentiebat) ad Patriarcham, quicum non modo nomen
idem, sed etiam eosdem mores, ac doctrinam eandem habebat, eos mittit. Ha-
autem de causa id faciebat, vt vñà cum ipsis ad Philippici monasterium nauigare,
atque cum diuinis inspirato Stephano disputationem iniret. At ille, quæ Ste-
phani, tum doctrina, tum sanctitas esset, minimè ignorans, quodque præ eo ne
propè quidem, vt dici solet, iacularetur, disputationem recusavit, eam potius
ipsis, si possent, permittens. Inter Constantinum enim, inquietabat, & Stephanum
quod ad dicendi vim attinet, plurimum interest. Siquidem mihi sermo dunta-
xat præstò est: illi autem vñà cum sermone diuini quoque spiritus potentia. Carte-
rum etiam atque etiam attendendum est. Quid enim amplius vos ab eo audi-
ri estis?

Cap.29. Illi verò assumpcio falsi illius concilij decreto, hoc est scilicet, vt vulgo dicitur
auxilio, ad prædictum monasterium veniunt: atque in balnei gradibus manes-
tes, sanctum virtum accersunt, suæ nempe dignitatì potius conuenire censem-
vt ille ad se accederet, quam ut ipsi ad eum se se conferrent. Quoniam autem, rur-
ob ea

SUTI

Imperator
scelestum
illa Hippo-
comi digni-
tate ornat.
Matth.26.

Cap.28.

3. Stephan⁹
inhumanis-
simè ab im-
pijs træcta-
tur.

Iohan.12.

Gaudet im-
pius Impe-
rator cum
malefeci-
rit, & exul-
tatin rebus
possimis.
Hærefiarch⁹
iconoma-
chi.

Patriarcha

Iconomia-
chorum dis-
putationē
cum S. Ste-
phano de-
trebat.

Cap.29.

ob eas, quas superiū diximus causas, tum etiam quia ferreis catenis adstric̄tus erat, pedibus suis ingredi non poterat, duobus viris innixus ad eos proficisciatur. Prior Theodosij mus itaque Theodosius Epheinus Episcopus ad hunc modum eum alloquitur: Episcopi E-
piscopi Epheini ad Stephanum.

Quonam tandem modo, o homo Dei, animum induxisti nos omnes in haereti-

corum numero reponere? teque supra Imperatores, supra Patriarchas, supra Epi-

scopos ac ceteros Christianos, sapere iudicasti?

An nos omnes id molimur, ut nostrarum ipsimet animarum iacturam faciamus? At iustus vir leni ac placida

voce, Adverte, inquit, quid de Elia Propheta Scriptura prodiderit, nimirum quem-

admodum ad Achas dixerit, Non conturbo, inquit, sed tu & domus patris tui.

Neque enim ego nunc sum qui conturbo: verum iij, qui contempta veterum Pa-

trum traditione nouum quoddam dogma in Ecclesiam inuexerunt. Nam si quic-

quid antiquitate praestat, veneratione dignum est, vt quidam vir sapiens dixit,

recentia vixi haec atque adicitur vehementer absurdula atque imbecilla sunt,

vt quae perfidie adulterini Ecclesia Catholica foetus sint. Ac proinde non in-

tempore propheticum illud mihi dicere in mentem venit, Reges terrae & prin-

cipes vna cum mercenarijs pastoribus, ac gregis proditoribus, conuenerunt in

vnum, atque aduersus Christi administrationem inania meditati sunt. Hac cum

ad hum modum Stephanus protulisset, Constantinus Nicomediensis Episcopus,

vt erat truculentia & impudentia singulare, statim è subsellio suo exiliit, atque nil

à calcitrinibus asinis diuersum faciens, aduersus sanctum virum impetum fecit, Impudens

eique humi sedenti calces in faciem incusit. Ac pratercā vnu ex saeuis satelliti

bus in ipius ventrem calcibus impetens, resupinum in terram prostrauit. Ac

deinde continenter ipsius peccus pede feriebat. At diuinus Stephanus, Dominico

praecepto obtemperans, scipsum ei ad libidinem feriendum prompto animo

prorabat. Hac porrò Callisto Senatori minimè aqua arque honesta visa sunt.

Ob camque cauam, cum prophano illi Constantino silentium indixisset, ad Ste-

phanum his verbis vnu est: Duabus tibi propositis conditionibus, nempe ut vel

parcas, ac concilij libello subscriptas, vel mortem subeas, vt qui Patrum ac diuini-

nitū eruditorum Imperatorum legem repudies atque proscribas, vtram è dua-

bus maliis confessum elige. Rursus ergo ille diuinitus afflatus Stephanus, Atten-

to ad verba mea animo esto, inquit, domine Patrici. En enim cum magno Pau-

lo ipse quoquè clamo, Mihi vivere Christus est, ac pro veneranda ipsius ima-

gine mori, lucrum. Quocircā & semel iam dixi, & rursus dicam, Si hemina mihi

sanguinis est, ea quoquè pro Christo fundatur. Ceterum facite, vt mihi conci-

lii vestri decretum recitetur, quod intelligam, quibus tandem rationibus adducti,

diruendas ac delendas diuinis Imagines censuistis.

Proinīs igitur Constantinus Nacolias Episcopus libellum illum recitandum

sucepit. Cum autem initio sic legisset, Decreta sancti & oecumenici septimi con-

cilij, fandus vir silentio manu significato, O singulare mendacium, inquit. In-

fimo enim ac caduco fundamento caducum quoquè profecto & imbecil-

um adificium imposuistis. Quonam enim modo sanctum existimari queat;

quod fanda prophanare minime dubitauit? Quid enim? An non sancta à vo-

bis protuta fuit? An non, cum in concilio vestro federeris, libellus vobis à pījs cibūm vo-

quibusdam viris oblatus est, qui Episcopum quendam eo nomine deserret, quod cari.

lancem sanctam, in qua Christi, ac Dei genitricis Imagines sculptæ erant, con-

triuesser? Vos autem contritionis illius crimen Imaginibus adscribentes, ipsum

quidem omni crimine soluistis, pios autem viros ab Ecclesiæ cœtu proscripti-

flis, idolorum vindices eos appellantes. Quo quid audaciū flagitosiusque fin-

gi posse? An non etiam sacram supellestilem sanctis Imaginibus exornatam

concerpsitis? An non adiectuum hunc, Sanctus, ab omnibus iustis, ab omni-

bus Apostolis, à Prophetis, à Martyribus, pījsque viris abiecitis? Sanctum enim

à vobis est, o generosi viri, vt cum quispiam ad horum aliquem abiret, ex eo-

que quereretur quod iret, responderet, Ad Apostolos, ad quadraginta Marty-

res: si vnde veniret, itidem responderet, Ex templo martyris Theodori, ex tem-

ple martyris Georgij. An non haec doctrina sunt? Quonam ergo pacto,

qui sancta proscripti, sanctum concilium coegeritis? O singularem absurdita-

Eccē autho-

tem! Iam quī oecumenicum istud concilium vocari queat, quod nec Romanus

Antistes, circa cuius autoritatem nullo modo fieri potest, vt res Ecclesiasti-

mani Pontificis.

LII 3 cæ ad

R I U S

III

Item aliorū cæ ad normam dirigantur, gratum habuit, nec Alexandrinus comprobauit, nec Antiochenus, nec denique Hierosolymitanus? Vbinam eorum libelli sunt? aut

quinam per diuersa loca missi sunt, quibus falsum vestrum concilium confimaretur, vt hac ratione ecumenicum censeri possit? Tum autem quonammodo septimum dicatur, quod sex priora concilia minimè sequitur? Quicquid enim septimum est, sextum & quintum, eaque quæ antecedunt, sequatur necesse est, vt septimum esse queat. Cùm igitur vos sex conciliorum sanctiones abrogaueritis, quid est quamobrem concilium vestrum septimum appellatis? Ad

quæ cùm Tricacabus dixisset, Et quodnam tandem è sex illis concilij decreta à nobis abrogatum est? Quid? inquit vir sanctus, an non sex omnia concilia in

sacrosanctis templis celebrata sunt, primum nimirum in Nicæa metropoli, arque amplissimo urbis illius templo: secundum, apud Constantinopolim in sancta

Pacis templo: tertium in pulcherrimo illo Theologi templo, quod in Ephesina metropoli situm est: quartum in sanctissima metropolitana nostre Chaledonis æde: quintum autem ac sextum Constantinopoli rursum, alterum nempe in augustissimo Sophia templo, alterum autem in palatiæ, quam Oarum vulgo appellant? Quid igitur? an non in omnibus hisce templis Imagines pœtæ erant? Quodnam autem ex prædictis Conciliis, quemadmodum vestrum,

deiciendas eas ac delendas esse censuit? Responde ad hoc Episcopo. Cum autem ipse rem ita se habere dixisset, sublatis in cælum oculis ac manibus, gravis que gemitu imo peccatore emissio, vir sanctus alta voce exclamauit: Si quis Do-

minum Iesum Christum in imagine, quantum ad humanitatem attinet, circumscripsit, non adorat, anathema sit, cum ijsque parrem habeat, qui dixerint Tol-

le, tolle, crucifige eum. At illi ob præclaram hanc ipsius in dicendo fiduciam fu-

pore defixi, cùm beata illa lingua adhuc loqui, ac veritatis hostes fortiter insediari pararet, firmissima verborum tela, tanquam sagittas in manu potenter illi me-

tuentes, statim eum quidem in custodiā coniici præcipiunt, ipsi autem obiectis

pœudore vultibus ad aulam abiērunt.

Percunctante igitur Imperatore quidnam ipsi perfecissent, arque Episcopi

cladem suam occultare conantibus, Victi sumus, ait Callistus, ô Imperator, vi-

sti sumus. Magnus in doctrina vir ille est, magnus in disputando. Incompara-

bilis ipsius virtus est: animus intrepidus. Non modò minis superior est: sed

ipsam quoquæ mortem contemnit. Imperator autem ob hæc ira percitus, Ste-

phanum ad Helleponi partes, hoc est ad Proconnesum exilijs cauâ mittit. Vbi

ille septem & decem integrōs dies in illius loci monasterio ita consumpsit, vi-

nihil prorsus cibi attingeret: tametsi alioqui Imperator plurima ad eum ali-

menta mitteret. Nam ea ille rursus remittebat, nullum prorsus ex ijs degustans.

Per hos autem dies grauissimo morbo corruptus huiusc monasterij praefectus

quantum quidem ad medicos attinebat, vitæ spem omnem abicerat. Mittit

itaque ad sanctum virum, eumque, vt ad se veniat, rogat: Quòd, inquit, alter al-

teri extremam salutem dicamus. Incertum est enim, an nona hora apud viuos

adhuc futurus sim. Quod vt ille audijt, statim ad eum accessit. Ac deinde, cum

manu collum cius tenuisset, labia quidem ipse prectionis cauâ mouebat, fe-

na sanitatibris autem, qua morbum pepererat, à corpore profugiebat. Quid potest? Po-

restituit S. Stephanus. culum suum vino mero impletum ei bibendum porrigit. Quod cùm exhaustus

est, statim plurimus sudor ex ipso manauit, ac dicto citius sanitati restitutus

est. Cùm igitur ei non tam extrellum, quam incundum osculum præbueret

illinc excedens, profectionem suam, vt cum Prophetæ loquar, in mari flamin-

atque in eam nauem, qua parata erat, ascendens, exulatum profectus est. Cum

que desertissima quæque insulæ loca peragrâset, in speluncam admiratione di-

gnam incidit (Cisjordanum eam incolæ nuncupabant) in qua Christi auia Anna tem-

plum erat. Hac re igitur oblectatus, atque huiusmodi locum non sine numine

diuino feso inuenisse ratus, domicilium in eo sibi constituit, herbarum, quæ

lic enascebantur, radices luculentæ cuiusdam & opiparæ mensæ instar habens.

At vero omnes ipsius discipuli ab Auxentiano monte depulsi, tanquam

oues vndique oberrabant, pastorem suum quærentes. Tandem autem eum, cum

in Proconnesum venissent, inuenierunt, duobus duntaxat exceptis, qui à pre-

clarissimo



clarissimo illo ouilli, ut à divino duodenario Iudas, vel potius ut à Paulo Demas & Hermogenes, se se auulserant, ac pro monastico habitu mundanum induerant, nimirum Sergio, de quo antè verba fecimus, (qui etiam inuestiuum atque execrandum aduersus sanctum virum volumen condidit) aucter misero Stephano, qui cùm Presbyter, ac supradieti Callisti minister primum extitisset, ac deinde à sancto viro in monachorum album adscriptus fuisset, atque in montis monasterio sacerdotis munus obijsset, postea tamen & monasticum habitum, & Deum eiurauit, atque ab ipsomet tyranno mundana ueste indutus (quem prius vitam abiecere oportebat) nefariam illam vocem emisit, (ô scelerata labia! ô impuram & fetidam linguam!) Hodie die, Here, à Satanicis faucibus ope- Nefaria a- ra tua erupus, ac tenebroso amictu exutus, splendidum pallium indui. Cuius exe- postat vox crando sermone tyrannus summoper delectatus, Sophiani palatij ministrum cum constituit. Quò etiam crebrò commeans, gaudij patrem, cum qui multis lustibus dignus erat, appellabat. His itaque solis ab ouili sacrosancto auulsis, ceteri omnes ad Proconnefum, vt à me dictum est, appulsi, monasterium con- struxerunt. Quin à philosophica ista vitæ degenda ratione ne diuini quidem Stephanii mater absuit: verum vñam cum sorore insulam illam adiens, contumelium ipsius amplexa est. Illic itaque diuinus Stephanus extructa columna, ac supra eam angustissima quadam aedicula, in ea se fè conclusit, annos iam nouem & quadraginta natus. Perinde autem ac si magnos Deo consecratae vitæ laborenum primum iniijsset, ita seipsum aspergimis quibusque certaminibus de- debat: non secus videlicet ac si certamen ipse secum instituisset, atque id conten- deret, vt vñam cum arate labores quoquè nouis incrementis cumularet. Quam eriam ob causam diuina quoquè miraculorum gratia ipsi infedit, atque admirabilium operum admirabilis effector extitit. Cęcūs etenim quidam, iuxta illum à nativitate cæcum, ad eum adiens, supplicesque eadēm voces vñam cum pari fide mit- tens, lucem, quam nemo non expetit, obnixè sibi dari rogabat. Ipse autem, vt qui modet, atque humiliiter de se sentiret, primum detrectabat. Cūm vero ille sup-plex instaret, si fidem (ad eum inquit) in Deum habes, si imaginis ipsius cultor es, lu- cem, ac rerum abeo admirabili modo conditarum pulchritudinem intuere. Vix hac dixerat, cūm ille apertis oculis, ac perpurgata ea, quæ ipfis offusa erat, cæcita- te, lansac lucem cernens ambulabat, testisque omni exceptione maior miraculi à Stephano editi. Arque hoc primum & maximum in ea insula beati viri mira- culum extitit.

Alterum autem, atque eo posterius (quanquam haud scio an potentia in- Cap. 33. ferius conferri debeat) huiusmodi fuit. Fœminæ cuidam haud obseuro loco nax, quæ Cyzici degebat, filius erat nouennis, à malo spiritu diuexatus. Qo secum assumptio mater in insulam profecta est. Ut autem ipse admirandi viri cubiculum vel solum perspexit, tumultuari & æstuare, ac nunc sublimis in altum ferri, nunc rursus in terram allidi coepit, inconditas quaf- dan voces ad sanctum virum emittens, dæmonem nimirūm, dum mouebar- tur, ipsum mouente, vñque ei, dum vim ipsem pateretur, afferente. At Mater filiū, hunc vita solatium. At nunc, quo statu est, satius mihi fuerit eum extin- à malo de- tum quām viuum intueri: quandoquidem ipsius vita morte grauius animam mōe obse- fum offerat sancto Dei huic mea depulso sita est. Tibi præsentem tempestatem precibus com- dnam.

primere atque sedare proclive est. Duas animas miserare: duobus uno eodem tempore periclitantibus facilem & exorablem te prebe. Hæc cùm amaro ac gente animo protulisset, ad sancti viri matrem (nam tum illic aderat) accedit, atque eius genua complectitur, Mater, inquiens, tu quo-

quæ extitisti : partus dolores subiisti : lacte filium aluisti. Nostri quinam naturæ sint stimuli : nostri quantus liberorum amor in matrum peccatoribus infusus sit. Te quæso vnigeniti mei misereat, te, inquit, misereat, o verè egregia sobolis parens, ac felix mulier. Hunc miserum puerum in penam meam cruciatum commiserare. Huius igitur luctibus commotus Stephanus, vni discipulorum imperat, vt Crucis signum vniuerso pueri corpori adhibeat. Ipse autem intra se collectus, atque animæ oculum attollens, eum, qui celerrime lutem afferre poterat, inuocabat. Atque ipse quidem lachrymis perfusus præcabantur : ille autem humi magno cum impetu deiecit, amissa voce iacebat. Ipse surgere eum, atque ad se venire iubebat : ille iussis obsequebatur. Demum eum, adorata Christi imagine, mari sua sanum atque incolorem tradit. Atque ita cernere erat illud Daudis impletum, Matrem nimurum super filio letantem. Ac quidem huiusmodi fuit istud facinus, tamq; admirandum. Aliud autem, quod neutri è duobus vi ac facultate cedit, narraturus accedo.

Cap. 34.

Matt. 9.

Luc. 8.

Mulierem
fanar à flu-
xu sanguini-

nis.

Habac. 3.

Oratione
marinos flu-
ctus sedar,
& periclitâ-
tes liberat.

Cap. 35.

Mater S. Ste-
lij sui anno egredia ipsius mater, & quam à filio quispiam, quemadmodum & phani è vita ab ea filium, certissimo indicio agnoscere potuisset, filium simul ac mundum migrat cum relinques, ad communem Patrem concessit, his antè ad filiam suam verbis

vfa : Non est quod plores : nam tu quoquæ mecum profectura es. Nec verò plures quæ septem dies intercesserat, cùm Theodora quoquæ (nam hoc filiae nomen erat) relieto mundo ad matrem suam, quemadmodum ipsa prædixerat, abscessit. Eodem autem tempore miles quidam, nomine Stephanus, genere Armenius, ab Europæ partibus profectus, qui dimidia sù parte contabuerat, totusque præ morbo humili vergebatur, cùm magna illa miracula, quæ à magno hoc viro designabantur, intellexisset, ad eum perrexit, atque ad eiuspedes accidens, ea postulare cœpit, qua & ipse accipere sumimpero optabat, & ille faciliè præbere poterat. At ille, qui fide erga Dominum ac benevolentia prædixerat, miraculum ad ipsum transfert: cumq; ei, qui agrotabat, vt & ipsius & matris imaginem adoraret, imperasset, atque ille id faceret, sanum eum prorsus ac valentem reddidit. Ut igitur ad comilitonites suos sè recepit, quarebatur ex eo, quanam ratione conualuisse. Ille autem eam minimè reticebat: verum, Monachus quidam, dicebat, Stephanus nomine, qui apud Proconnesum in angustissima quadam adicula degit, duas me Imagines adorare iussit, vnam quæ Christi, alteram quæ Deipara dicebatur: ac protinus conualui, corpusq; omnino erexit. At impij illi & conselerati, manus non sine magno terrore complaudentes, Vx tibi, inquiunt, qui in idolatriam prorufisti. Confestim itaque

Signo Cru-
cis & orati-
one curat
daemonia-
cum.

Psal. 112.

Ad Christi
& matris
cius imagi-
nem debitis
quidam cu-
ratur.

tum apud summum Thraciae praefectum deferunt: qui cum de eo quæstionem habuerit, nulla interposta mora eum ad Imperatorem misit. Is verò cum accuratis eum examinasset, an recuperata valetudinis modum intellexisset, pro ea qua laborabat stoliditate, non intellectus: verum, quod ipsi summo studio erat, percontabatur eum, qui morbo liberatus fuerat, an in simulacrorum cultu persistaret. Qui cum & ingenti poenitidine se affici, atque huiusmodi simula Miliitis fa-
naticus & perfidus.
exercari dixisset, tyrannus, ut ei impietas mercede referret, centuri-
onem cum creauit. Cæterum vindex Dei iustitia è vestigio ingratum illum
persecuta est. Nam cum statim ab aula reuerteretur, atque equum consende-
re pararet, ille subito saltitans in terram ipsum prostrauit, atque contriuit,
nec calcibus in eum insilire destitit, quoad ille ingratam animam euomuis-
set. Cap. 36.

Tyrannus igitur, tanquam hinc arrepta ansa, sanctum virum quamprimum è Proconnoë ad se adduci iubet, illud addens, quod ne exilio quidem mul-
tus, sibi temperasset, quin plebec idolis cultum adhibere doceret. Cum ergo illine adductus esset, ut in Phialæ perquam obscuro ergastulo tum vincitus ^{S. Stephano} fero manibus, tum pedibus ad lignum artissimè adstrictis, includeretur, edi-
xit. Interiecit autem quibuldam diebus, ad Heliacum, qui Pharus dicitur, du-
obus tantum primarij ordinis viris comitatus, sanctum virum præstò esse iubet. Disputatio
Constanti-
ni Coprony
mi cum an-
to Stephano.
Cum autem ad eum adductus fuisset, à pio quodam viro numum pergit, cum-
que cœullæ sua furtim imposuit. Tyrannus itaque, vt eum vidit, exclamare ^{Præficius fu-}
cepit, O viu mihi illaram, ô calamitatem, ô arrogantium! Videte à quonam tuorum nu-
mum exigit vir Dei. Exod. 20.

imperium meum contumelia afficiatur, à quonam ludibrio habeatur? Cùm au-
tem vit sanctus nihil omnino respondisset, verum humi defixus hæreret, ty-
rannus eum iracundè propisciens, ignemque, vt dici solet, spirans, atque vt
ipsi in more positum erat, manum in orbem torquens, alteque exclamans,
Non mihi respondebas, inquit, scelestum caput? At ille, Si me ita leuiter con-
demnare in animo habes, Imperator, supplicio quam celerrimè affice. Sin au-
tem hue me idcirco adesse iussisti, vt me interrogares, ac vicissim audires, ixa-
candiam lenitate tempora, atque æquo animo & interroga, & audi. Tum Im-
perator: Dic age, quibusnam paternis decretis minimè paruimus, ut apud te in
hereticorum numero censeamus? Quoniam, inquit ille, venerandarum Ima-
ginum picturam, multis antè temporibus à diuinis Patribus traditam, scelera-
tè ab Ecclesiis eiecitis. Tyrannus autem, Nè has, inquit, Imaginum picturas di-
cas (neque enim sunt) sed plene idolorum picturas. Quidnam porrò idolis
cum sanctis commune est? Hic verò sanctus ille vir, Non, inquit, cum Imagin-
es adoramus, materiae cultum ac venerationem tribuimus: verum Imaginis
honor ad exemplar transit, quemadmodum à Basilio dictum est. Quid? inquit
tyrannus, æquumne est ea, quæ à Patribus antè prædicta sunt, quæque & mul-
ta & perobscura sunt, ac neque mente comprehendendi, neque verbis villis ex-
plicari possunt, per colores in sensum cadentes exprimere, atque in materia
adorare, cùm eorum essentia nemini, nisi quantum ad infinitatem, vt Grego-
tij verbo vir, attinet, explorata sit? Minime vero, ait vir sanctus. Equis enim
mortaliū, qui quidem mentis compos sit, diuinitatis naturam, quæ & ma-
teria caret, & omnem mentis captum fugit, coloribus è materia conflatis pingi posse dixerit? Cuius enim forma ne mente quidem deliniari potest, quo-
nam tandem modo ipsa coloribus exprimi queat? At nos, cùm Christum in
imagine pingimus, diuinitatis naturam haudquam pingimus: verum the-
andricam eam formam, quæ in nostra specie apparuit, quamque Apostolica
manus contrectauerunt, quemadmodum alicubi ait Theologus, Quod vidimus, ^{I. Ioant.}
& manus nostra contrectauerunt. Quid si mihi dictum illud Moses in medi-
um protuleris, Non facies tibi similitudinem vlli rei, tam ex his quæ in cæ-
lo, quam ex his quæ in terra sunt, hunc ipsum Mosem tibi ostendo duorum ^{Exod. 25.}
Cherubim effigiem auro efficientem. Quibus de rebus ad hunc quoquè mo-
dum diuinus Apostolus disserit, Et Cherubim obumbrantia Propitiatorium, ^{Hebr. 9.}
Quin ipsum quoquè Propitiatorium, & Tabernaculum testimonij, & Sancta
lancorum, an non cælestium figuram exprimebant? quemadmodum idem Apo-

NOVEMBER.

682

Hebr.8.

Apostolus rursus ait, Vmbræ cælestium deseruimus. Quid igitur sceleris admittimus, cùm Christi formam humanitùs adspectam in imagine pingimus & adoramus? Quid autem? An cùm Crucem etiam, ex quacunque tandem materia confita sit, adoramus, rei conditæ cultum adhibere videmur, adorationem materię tribuentes? Sed & pepla sancta, & sacrofanta vasa à nobis adorata nullam nobis reprehensionis notam inurunt. Siquidem ea per Christi inuocationem in fanea mutari persuasum habemus. Quid? An tu quoquè corporis & sanguinis Christi ariotypa ab Ecclesia proscribes, vt quæ imaginem ac veram illorum figuram teneantur & adoramus, & osculumur, & eorum perceptione sanctitatem consequimur?

Vos igitur inter sanctum ac prophanum minimè distinguentes, Christi imaginem non secus atquè Apollinis statuam, Deiparaeque item non secus à Diana, idolum appellare minimè horruistis. Quin ipsam quoquè pedibus protriuit & exsultis? Ad hæc Imperator, O caca mente prædictæ, inquit, ac supra omnes Immemorados obliuione digne, his Imaginibus proculcatis Christum proculcavimus. Tum verò ille, verè in diuinis rebus solers Stephanus, in morem eorum, quæ bellica laude præstant, aduersarium suomet telo ferire, ac per ea ipsa quæ dixerat, profigare cupiens, manum in cucullam immittens, atque indènum in quo impius ille sculptus erat, extrahens, cumque quemadmodum Christus olim Cæsaris numum Iudeis ostendens, Cuiusnam, inquit, est hac imago & superscriptio? Eo autem mirante, ac respondente, Cuius tandem alius, quam Imperatorum? Quid, inquit vir diuinus, si quispiam eum contumeliosè in terram proiectum pedibus terat, poenásne aliquas luet? Quidni autem, dixerant, qui adstabant, cum Imperatoriam effigiem proculceret? Ad hac vir sanctus grauem quandam ex imo pectori gemutum emittens, ac magno cum animi dolore exclamans, O immanem, inquit, cæcitatem! Si pro mortalis Imperatoris forma & effigie grauissimas poenas irrogandas esse dixisset, quastrandem poenas cum subiurum esse putatis, qui Filij Dei ac matris ipsius effigiem conculcavit, ignique tradere minime dubitarit?

Egregie cōvincit Imperatorem vir sanctus per similiitudinem. Cap.37.

I Vix hæc dixerat, cùm subito numum eum pedibus protriuit. Cùm autem iij, qui adstabant, ferarum ritu occurrissent, vt sanctum virum præcipitem in mare deicserent, (audax enim & præcepis est assentatio, ac dum obsequijs aliquem nimium demereri studet, mediocritatibus omnis fines excedit) Imperator lenitatem simulans, quod iracundiax haudquam obnoxius esse videretur, qui eam ingentem atque arcana in animo insidentem habebat, ia præfens quidem eos prohibet, atque ab huiusmodi conatu abducit: cæterum sanctum virum collo alligari, ac manibus à tergo vinciri iussum, ad publicum prætorij carcerem amandat: vt videlicet ob protraitum Imperatoris effigiem poenas à lege constitutas lueret. Hæc nimirum lenis ille ac facilis, cunctosque iniuriarum obliuione superans. Nam qui Christi imaginem proculcaverant, atque in ignem coniecerant, hi suæ imaginis vindices sedebant, atque vltrem huiusc facinoris legem proferebant. Ecquis autem eorum amentiam sati rident, immò potius eorum vœcordiam ac cæcitatem sati deplorare queat? At spiritu diuino maiorem in modum astutus Stephanus, simulatq; vel ipsum carceris lumen attigit, pectori incalescens, atque ab eo, quo præditus erat, percipiaci spiritu concitus, dierum suorum metam in lingua sua locutus est, his verbis vtens: Hæc est præsentis vitæ meæ requies. Hic enim saltem usque ad extremum spiritum mihi habitare necesse est: quoniam pro imaginis Christi honore hanc sedem elegi. In interiori autem carcere conclusus, eximiuitutis monachos trecentos quadraginta duos ex varijs locis collectos, arque eodem carcere condemnatos, inuenit, qui partim nares, partim aures excetas habebant, partim euulos oculos, partim amputatas manus, ob id videlicet, quod pro venerandum Imaginum pictura & erectione lucubrationes edidissent. Ac quidem alijs plagarum notas adhuc circunferabant: alijs præclaras genitice illitas atque ambustas habebant: alijs caput ad risum ac ludibrium abrasum. Quorum varios istos ac multiplices cruciatus diuinus Stephanus cernens patientia nomine beatos eos prædicabat: ac contrà lachrymis dignum se iudicabat, vt qui in earundem plagarum partem cum illis minimè venisset,

Reducitur vir sanctus vincis postergum manibus in publicum carcerem. Cap.38.

342. monachi ob Imaginum defensionem varijs personis affecti, carceri mancipantur.

Atque in ignem coniecerant, hi suæ imaginis vindices sedebant, atque vltrem huiusc facinoris legem proferebant. Ecquis autem eorum amentiam sati rident, immò potius eorum vœcordiam ac cæcitatem sati deplorare queat? At spiritu diuino maiorem in modum astutus Stephanus, simulatq; vel ipsum carceris lumen attigit, pectori incalescens, atque ab eo, quo præditus erat, percipiaci spiritu concitus, dierum suorum metam in lingua sua locutus est, his verbis utens: Hæc est præsentis vitæ meæ requies. Hic enim saltem usque ad extremum spiritum mihi habitare necesse est: quoniam pro imaginis Christi honore hanc sedem elegi. In interiori autem carcere conclusus, eximiuitutis monachos trecentos quadraginta duos ex varijs locis collectos, arque eodem carcere condemnatos, inuenit, qui partim nares, partim aures excetas habebant, partim euulos oculos, partim amputatas manus, ob id videlicet, quod pro venerandum Imaginum pictura & erectione lucubrationes edidissent. Ac quidem alijs plagarum notas adhuc circunferabant: alijs præclaras genitice illitas atque ambustas habebant: alijs caput ad risum ac ludibrium abrasum. Quorum varios istos ac multiplices cruciatus diuinus Stephanus cernens patientia nomine beatos eos prædicabat: ac contrà lachrymis dignum se iudicabat, vt qui in earundem plagarum partem cum illis minimè venisset,

nec pro Christi imagine membrorum exectionem ipse quoquè pertulisset.
At diuini illi Patres, vt primùm sanctum virum conspexerunt, ad eum tan-
quam ad magistrum & præceptorem acceperunt, vt ab eo salutis præceptis cru-
darentur.

Itaque ex Prætorio monasterium factum est: quippè cùm illic omnis monasti-
ce vita forma ac regula ad vnguem obseruaretur. Ii autem, quibus carceris custo-
dia mandata erat, qui que sancti viri famam iampridem audierat, tum demùm ani-
mi quoquè ipsius statum, ab ea tranquillitate, quæ in ipsius moribus elucebat, quan-
tum fieri poterat, coniectantes, ad eum tanquam ad Dei Angelum animos conuer-
tebant, ei que summam reverentiam, ac venerationem tribuebant: adeo vt qui-
dam etiam eorum remotis arbitris eadē ad vxorem suam diceret, quæ olim Ma-
nue ille, Morte moriemur, mulier, præ tyranni huius furore. Virum enim, perinde Iudic.13.

ac Dūm, hodierna die vidi, hunc, inquam, in vincula cōiectum monachum, quem
Auxentianum vocant. Sapiens autem illa mulier non frigidè ac negligenter ad
hæverba affecta, verū per concinnam atque prudentem ad virum interrogati-
onem vite sancti Patris rationem omnem perscrutata, clām in carcerem ingressa
est, atque ipsius pedibus, ab eo, vt pro se precaretur, ipsa que vici-
sim ei, que opus essent, subministraret, postulabat. At diuinus inspiratus Stephano-

nus preces quidem ei annuit & concessit: ceterū adduci non poterat, vt quic-
quam ab ea acciperet. Infabat tam en rursus illa, dicens, Quidnam est, quamobrem
tu exiguum fidei erga te mea promptitudinem tam obstinatē reijsis? Quanquam
enim ipsa id non mereor: at tuam tamē moderationem ac benignitatem ad indi-
gnos quoquè indulgenter sese demittere compertum habeo. Quādmodum enim 2 Reg. 17.

Sareptana illa quondam Eliæ farinam, & Sunamitis Eliseo cubiculum hospitij + Reg. 4.
caulā præbebat, ac beata illa vidua duos in summa sua penuria obolos erogabat, ac
denique Samaritana illa ex fonte haustam aquam Deo porrigebat: ad eundem 2 Mar. 12.
etiam ipsa modū cū pari fide aliquid in te beneficij conferre studeam, nē quāso
defiderio meo excidam. Ille vero rursū id constanter recusabat, non quidem ob
nature contumaciam, aut ipsius indignitatem id officiā se repudiari dicens (Ego
enim, inquit, memet indignum, atque omnium mortalium postremum duco:) Nihil com-
sed quia ab eo prohiberetur, qui cum hæreticis quicquam commune habere vetu-
erat. Neque enim meminisse se cum Imaginum hostibus vllum vñquam commer-
ciū habuisse, aut aliquid omnīnd ab eorum manibus accepisse. Hæc vt illa audijt,
humile p̄volumens, quid non dicebat, quid non faciebat, vt ostenderet quām ab
hæreticorum societate atque commercio semper abhorruisset? Absit hocā me, in-
quibat, venerande Pater, vt Christi, aut matris ipsius, aut vñlii Sancti imaginem
contemplerim. Scio enim me à Patre nostro Germano didicisse, quas pœnas datu-
rū sint, qui eō audacie prouperint. Ceterū fac quāso, vt nec vir meus, nec custo-
dium quisquam refūcat, quod pietati tuae indicare cupio: atque ego reipsa dubita-
tionem omnem tibi eximam. Hæc locuta, statim domum cucurrit, atque aperta at-
cates arcanae Imagines eduxit, vñam Dei genitricis, filium seculis omnibus anti-
quiore complectentis, duas alias Petri & Pauli Apostolorum. Quas vt ipso inspe-
dante religiose adorauit, ipsi postea porrexit. Accipe ista, inquies: atque hinc tibi
mei, hoc est mulieris peccatricis, memoria refrigetur. Ad hunc modum pijs ipsius

moribus comprobatis petitioni cedit: ac deinceps Sabbato ac Dominico die ad
eum ipsa panis vñicas sex, aquæ non plus tribus poculis affrebat. Tantulum enim
singulis hebdomadis ipsi cibi ac potūs fuit totos vñdecim menses, quos in Præto-
rio transegit.

Quādam autem die vnā cūm ceteris captiuis sedente viro diuino, de supplicijs Cap. 39.

illis, quæ iustis viris ab iniquis iniquissimi Imperatoris præfectis varijs locis illata
fuerant, sermo ortus est. Siquidem in medium progeslus Antonius quidā ē Creta
oriūdus, vir fortis, & qui forribus certaminibus egregiè defunctus fuerat, Quonam
modo, inquit, præclara monachi Pauli certamina vobis ob oculos proponere que-
am: aut quonam paēta ea sine lachrymis commemorem? Princeps quidam Cypri
præfectus erat, nomine Theophanes, cognomento Lardotyrus. Hic cum sanctum
virum, vt in eum inquireret, accepisset, ad Heracliti prætoriorum eūm duxit. Propo-
sita autem erat, humi Christi in cruce Protenſi imago, vñaque itēm cruciatū in-
strumentum, quod catapultam vocant. Ait quē ad eum Præfectus, sc̄eleſta, inquam, tur.

illa

S. Pauli no-
ui martyri-
um, & alio-
rum virorū
varijs cruci-
aturus refer-
tur.

Nihil com-
merciū cum
hæreticis
habendum.

Mira cuius-
dam matro-
ne erga vi-
rum Dei hu-
manitas &
clementia.

Psal. 52. illa lingua, atque iniuriam in excelsum loquens: Vnum è duobus tibi Paulus proponitur: nimis ut aut calcata imagine vitam obtineas, aut ut hoc tormentum genere discrucieris. Hoc autem dicens, puerorum laruis leonem perterritus facere velle videbatur. Statim enim generosus ille vir magna voce exclamans, Absit me, inquit, Domine Iesu Christe, vni genite fili Dei, ut theandricam hanc imaginem perdibus terram. Atque haec locutus, statim humile curuas, osculum ei fixit, re ipsa plenum faciens, quam nihil iudicis minas moraretur. Ille itaque confessum iracundia totus astuans, nudari sanctum virum, atque in catapulta extendi iubet: ubi cum tortores duabus tabulis ipsum firmissime compreserint, ac ferreis pestinibus totum ipsum corpus exarassent, prono capite suspenderunt. Ac deinde nocturnum exiguo igne infra eum accenso, ita demum holocaustum Deo gratum ipsum efficerunt.

Cap. 40. Hæc eo commemorante, Patribusq; lachrymis madentibus, Theoosteritus quidam, hoc nomen merito consecutus, vir senex ac sacerdotij dignitate ornatus, quod ex pio illo monasterio erat, quod Pelecia nuncupatur, atque & nasum abfeccum & genas feruunt pice acbitumne illatas, miserumque in modum ambustas habent, hos enim cruciatus pietatis causa pertulerat prodiens ipse quoque in meditationem, um, superiorib; sermonibus hæc adiecit: Impossible est, impossibile inquam, est multa est passus.

Incruentu Cùm incruentum sacrificium in monasterio nostro celebraretur, erat autem vespera sacrificium **Massa dici-** etiam magna feria, in qua Christus Iudeus tradendus erat hic draconis nomen habens, tyranni iussu cum magna militum manu in monasterium impetratum facit. Ac mysticum quidem sacram euertit, mysticis videlicet hymnis protinus silentio compressis: lectissimos autem monachos duodequadraginta vinculis ferreis adstrinxit. Reliquos vero partim verberibus crudeliter in modum lacerauit, partim eorum barbam pice illitam exussit, naribus prius amputatis. Quorum numerum ipse quoque augeo, quemadmodum facie meæ nota certissime testantur. Quibus impius ille nondum explexus, vniuersum monasterium postea infamauit, ipsas quoque ecclesiæ vnâ cum reliquis ædificijs concremans. Mox autem pro imaginum defensione predictos duodequadraginta Patres ad extremos Ephesi fines relegavit: ubi cum eis in veteris balnei fornice conclusisset, ac deinde aditum obstruxisset, ad hunc modum eos è vita migrare coegit.

Cap. 41. Cùm vsque adeò tristes tragœdi narrarentur, atque omnes in gemitus & lachrymas prorumperent, rogatus à Patribus Stephanus, ut ad mitigandum eorum mororem orationem aliquam haberet, intimo corde ingemiscens, Gratias, inquit, Deo Oratio S. Stephaniani agere par est, Fratres ac Patres, gratias, inquam, ci agere de omnibus rebus, que patrones mar ter voluntatem accident. Etenim gratiarum auctio cum patientia coniuncta coritores.

Petrus qui- nas nobis necesse consuevit. Quocircà etiamsi igne, auro gladio, aut mari profundo, aut precipito, aut alio quodam mortis genere nos mulcent, qui impetrati sceleres deuinixerunt, prompto atque alacri animo cuncta perferamus. Habeimus enim velut exemplar quoddam, in quod intucamur, claros illos Patres, qui ante nos extiterunt, ac per martyrium Deo vitam consecravunt, nimis fæcum illi Petrum Blachernis in vincula coniectum, qui cum spectante Imperatore pro Christi imagine neruis atrocissime concideretur, nullum ignauia ac timidi animali specimen in eo cruciatus edidit, verum acerbioribus cum verborum plagiis lacerauit. Julianum alterum & apostamat appellans. Atque ita in historientis gratias Deo agens, anima exhalauit. Habemus item Iohannem Monachum Praefectum, quem tyrannus, cum eum nullo omnino terrore afficere potuisset, neque adducere, vt Christi matrisque ipsius imaginem pedibus protereret, facco inclusus, graueque ipsi faxo appenso in profundum mare deiecit. Sed quis tandem est, qui ea

omnia facinora enumerando recensere possit, quæ per omnes tyranni prouincias Praetores, qui cum crudelitate superabant, aduersus sanctos viros designarunt? Immò verò quis est, qui sanctorum aduersus eos contentionem, atq; ad extremū vique spiritum patientiam vlo sermone referre queat? Quorum si nos exemplū sequamur, beati profecto erimus, vt qui exiguis laboribus amplissimas opes nobis ipsiaggeramus. Neque enim condigne sunt passiones huius temporis ad futuram Rom. 8. gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Hæc & alia his plura, ad excitandos & acuendos eorum animos, qui vñā cum eo vincliti tenebantur, accommodata, cùm dixisset, orationi sue finem imp̄ posuit.

Non multi dies intercesserāt, cùm ipse suam à terra ad Deum migrationē animæ Cap. 42. oculo propiciens, quadragesimo ante mortē suam die præclarām illā mulierem, illam inquā hospitalitatis laude florentem, ac nouam Isdandulā, atq; corū, qui in vinculis erant, ministram accersit, ad eamq; his verbis vtitur: Tuā erga me hospitalitatis fruētū velim tibi cū foenore Christus rependat. Bellè enim mihi, atque vt Prædicit tēp̄us mortis suis vir ipsi gratiā, ministraſti, ac me recreāsti. Deinceps autem ad quadraginta vñq; dies tis suis vir prorsus mecum ipse versari, ac memet excutere cupio. Peto igitur abs te, vt panem sanctus. eum & aquā, quæ ad me afferre confueueras, per hos dies nē afferas. Vt autē eo nomine mentē cam vidit, atq; huius rei causam scire cupiētem, Noui, inquit, mihi vita finē immīnere. Ac proptereā monastica exercitationis rigorē etiam atque etiam intendere gessio. Cessit his auditis hospitalis illa, ac præstati fide mulier. Per omnes itaq; noctes & dies non desinebat vir sanctus Patres eos, quos carceris socios habebat, docere, salutaribus præceptis erudire, atque id efficere, vt toto penē nocturno tēpōre in canendas Dei laudibus versarentur: adeo vt ciues etiam nonnulli, qui sanctioris virtute studiū colebant, vilibus pannis obuoluti clām ad eum ingredierentur, atq; ipsius benedictione atq; doctrina, non sine magna animi voluntate fruerentur. In his igitur muneribus cùm quadraginta illi dies absumerentur, ac iam octauis & tricenniis inchoaret, hospitalē illam mulierem rursū accersitam audiētibus Patribus itā alloquitur: Deus qui se pijs omnibus laborū fructus centuplicato redditū promisit, benigno oculo te ex alto & sancto suo adspiciat, Matt. 19. ac pro tuo in me officio longè copiosiorē tibi mercedem referat. Ipsius enim verē discipula extitisti, qui dixit, Quiquid fecisti vni ex minimis his meis, mihi fecisti: Matth. 25. &, Qui recipit iustū in nomine iusti, mercedē iusti accipiet: &, Qui potum dat calicem aquae frigidae, nō perdet mercedē suam. En itaq; tuē erga me voluntatis merces explata est, quam tu eiusmodi à Deo habitura es, vt ea tibi nunquam eripi possit. Ac postea sacrī Imaginib⁹ ostensis, Accipe, inquir, præclarum hoc tuum depositum, quod quidem tibi & in presenti hac vita aduersus omne malum præfidij loco sit, & in futura tua erga Deum benevolentia, atque orthodoxa fidē ei pignus. Hæc vbi di- malum præ fidij loco sūt.

Porro autem ille Deo prorsus iniustus tyrannus, præter alia, quæ Deo odio atque Cap. 43. execrationi erant, facinora, ne Brumaliorum quidem ceremoniam contemnebat, Brumalia verum eam quoq; splendide ac luculenter celebrabat, vt qui Brumum quendam festa. ac Bacchum in his Gentilium ritu colere in animū induxisset, eosq; vt frugum ac vni curam gerentes, atq; ad maturitatem ea perducentes, summis honoribus afficeret. Parabat itaque tertia quoq; vñorū suæ Eudociæ Brumaliū postridiē iuxta quinti elementi circunductionem celebrare. Progressus autem, atque ad scholārum porticus sedens, vñā cum symmictis suis Satanicas quasdam cum organis ac citharis cantiones, aduentati festo congruentes, addiscebat. Hic igitur ab impijs quibusdam viris ad eum delatum est, Stephanum ex Praetorio monasterium effecisse, cumq; totas noctes illuc in cantillandis Psalmis traducere: ac prætereā complures illuc proficiscentes, idolorum cultum ab eo edoceri. Hæc ille vt audijt, graviore ira inflammatus, statim militi cuidam, qui in Proximi ordine adscriptus erat, hoc imperat, vt sanctum virum ē carcere eductum extra urbem obtruncet, illicempe vbi prius eximiae martyris Mauræ templum situm erat: pōst autem lo- Condemna tur sanctus Stephanus capitali sup- cus plicio.

M m m

cus plicio.

cus ille carnifex factus est, templo scilicet illo à tyranno funditus euerso, & solo adaequato, ac Maura nūcupato. Quo etiam in loco foedera cum dāmonibus occūtē sanciebat: tametsi non ad extreum vsq; scelus hoc ipsius obscurum fuerit. Prodidit enim id, quod clām ab eo perpetrabatur, Suphlamij filius, p̄s sacrificij loco dono datus: de quo nunc consultō sermonem silentio comprimemus,

Cap.44. Cūm igitur sanctum virum morti addixisset, confessim edictum huiusmodi per totam vrbem promulgavit: Quisquis amicum, aut affinē, aut omnino generē coniunctum habere, eumque occultare, aut etiam pulchram vestem ferre deprehendit, hic post varia tormentorum genera exilio mulctabitur. Cernere igitur eam vrbem grauissima calamitate laboratē. Neque enim inimici duntaxat inimicos apud Imperatorem facillimē accusant, sed etiam amici amicos, & fratres fratres & serui dominos: atque, vt breui complectar, in grauiore luētū ac plāctū tota vñversabatur, quām cūm Iulianus & Valens imperij Romani clauū tenebant. Arerō carnifex ille, qui missus fuerat, sancto viro à Prætorio assumpto, colloquio ipsius ac manibus ligno alligatis, ad cædem properabat. Eo autem die tyranus è Palatio progressus in Milij portico stabant: vbi prius sex illa occumenica Concilia depūrabantur, post autem crudelis Imperatoris in iussu inducto albario opere deleta fuerant, atq; eorum loco circus ille, quem amabat, ac plurimi faciebat, atq; aurigas, que in deliciis habebat, atque Vraniacum, hoc est cælestem, cūm ne terra quidē dignus esset, appellārat, pīcti cernebantur. In hoc igitur loco cūm superbè starceret, omnes eum faustis omnibus prosequerentur. Nulla mihi, inquit, requies est: ita Immembrandi isti exitium vita meæ afferunt. Hic verò quidam ipsius factionis: Et vbi tandem vñllus eorum delituit, aut vestigium vñllum ipsorū in hac vrbē tua, aut in alia ciuitate vel regione occultatū est, cūm omnes funditus deleti sint? Enīm imperij quoquā tui hostem, hoc est Auxentianum Stephanum, abducit hodie vidi, Renocatur ut, quas meritus est, pœnas subeat. Tum Imperator: Er quid iucundius Stephanus? Stephanus cedere queat, quām vt gladio vitam finiat? Verūm huius desiderij minimē compōnūtur. Multo enim grauore mortis generē mulctabitur. Nunc quippe Imperatrix non mediocriter aduersum nos stoma habitur, si festum ipsius diem in cæde concificamus. Quocircā nouis hic Herodes, atq; vxoris mancipium, reduci quamprimum eum in Prætorium iubet. Quod cūm contigisset, rursus cum ijs Patribus, qui in vinculis erant, Davidicos Psalmos canebat, Qui habitat in adiutorio altissimi, & quād cīncēps sequuntur.

Cap.45. Tyrannus autem cūm vesperam totam in tibiarum & cithararum cantu transfigisset, postridē instrūcta splendorissima cœna, cum ijs, qui suæ factionis erant, epulabatur. Cumque duos quosdam Fratres, tum dignitate claros, tum corporis similitudine atque animi pulchritudine florētes (quos postea inuidia cœstro percitus interfecit) seorsum acciūsset, Ite ad Prætorium, inquit, ac meo nomine ad Auxentianum Stephanum hæc dicite. Vides quanta tua cura afficiar, vt tibi ex ipsis mortis faucibus erupto vitam concesserim. Quocircā tandem aliquando animum inflectens, voluntati meæ obsequere. Non quidem me fugit, quin homo contumax & durus, ad contumelias potius nobis inferendas prorupturus sit. Vos verò, si sermonum illecebris ipsius animum in flētere potueritis, rem gratam mihi feceritis, ac ministrum istud vestrum comprobabo. Sin istud ei persuaderi nequeat, tandem cū à vobis & à fronte & à tergo verberari volo, quoquā miserè animam efflauerit. Igitur pīcelari frater, à ri illi duo fratres, postquam ad Prætorium venerūt, furiosam quidem illam tyranno misericordiam lanū ad flagellandum, quin potius, vbi eum sermonibus ad cohortandum accommodaris confirmāssem, etum Stephanum, ei Imperatorem dixerūt, huiusmodi fuere: Imperator, miserum illum in pristina fētentia perstantem, tuumque imperium infaustis omnibus prosequētem offendimus. Ac proindē tot plagiis eum proscidimus, vt penē spiritū omnis expersiaceat, nec certum sit, an crastino die inter viuos futurus sit. Qua quidem ex re cūm ministris, cam latitiam ferinus ille concepisset, atque ingentem risum effudit, luxui, quoniam nihil ipsi charius erat, operam dare postea pergebat, vt qui vētris, & eorum quē ventre inferiora sunt, seruus esset.

Cap.46. At verò diuinissimus Stephanus sub auroram ad se coacto monachorum agminē, postremum hunc ad eos sermonem habuit. Valete Patres ac Fratres, valere, atque

atque in orthodoxa fide constantissimè perseverate: ac pro mea tenacitate preces quoq[ue] fundite. Enim iam iamque adest mortis meæ tempus, ac pro foribus iam corona est. Quamobrem vereor ne caliginosa dæmonum multitudo propter ignorantiarum mearum multitudinē mihi impedimento sit. Ob quæ cūm omnes amnis cuiusdam in modum lachrymas profunderent, tolli sibi sacram epomidem, ac deinde analbum cum loro iussit. Cūm autem cucullam quoquè abijcere pararet, nē id faceret, Patres prohibebant, negantes contūnire ut sine p[re]cioso hoc in-
dumento generis dierum suorum finem videret. Ad quos diuinitus afflatus ille vir, Athletam, inquit, nudum luctari decet. Ac præterea ne æquum quidem est p[re]cio-
fam hancrem à furente populo contumeliam affici, ac prophaniis pedibus proculca-
ri. Hac cūm locutus esset, omnes ei morem gesserunt. Itaque cucullam quoquè
exiit: accum pellico duntaxat ynā cū monachis sedebat, de his rebus, qua
ad salutem pertinebant, sermonem ad eos habens. Verum enim uero fieri omnino
non poterat, vt quæ in carcere acta fuerant, & quo pacto duo illi p[ro]ij fratres admo-
dum benignè atque indulgenter cum diuino Stephanu[m] egissent, tyrannus ignor-
aret. Quare cūm de his omnibus à dæmonie aliquo, vt vero consentaneum est, certi-
or factus fuisset, hora diei secunda è somno experrectus, leoninum quiddam rugi-
ens, atque ad aulæ vestibulum festinanter profiscens, O vim mihi illatam, exclamauit.
O insignem mei contemptum! Nemo est qui mihi opituletur: nemo qui
subsidium ferat. Quid mihi cum Tenebris, & Immemo[ndi] istis? Sic enim ipsi
visitatum ac familiare erat monachos appellare. Cūm autem ij, qui voluptatibus ac
delicis dediti erant, vltro ad intemperantem illam mensam currerent, perturba-
tissimo animo ipsi occursens, magno cū clamore quarebat. Quò pergitis, & quem
queritis? His autem respondentibus, Ad te benignum nostrum dominum imus: rādi vocan-
tur ille altiore voce. Non sum, inquit, dominus uester, non sum Imperator. Alius
dominus uester est, aliis Imperator: ad cuius pedes vosipso prouoluitis, conta-
ctis; ipsius vestigij ab eo vota p[re]cesque supplices petitis. Nemo in me obsequi-
ofis est, vello de medio sublatu[m] animu[m] meum reficiat ac recreet. His vero animi
anxietate laboribus, ac quisnam ille esset scisitantibus, quisque ille quem ipsi
ci antererent, aut quemnam alium Imperatorem agnoscerent: tum ipse contraria,
Stephanus Auxentianus est, inquit.

Nondum integrum nomen in corum aures influxerat, cūm subito impetus qui-
dam, & clamor promiscuus, & vox quedam incondita personabat: omnibus, vt
erant, ad Prætorium currentibus. Mox truculentorum leonum instar in carce-
rem insilentes, Date nobis (custodibus inquiunt) Auxentianum Stephanum. At ille con-
stanti atque intrepido animo, velut in hoc ipsum paratus, ad eos decoro ge-
fatu a vulnu ab omni perturbatione libero egreditur, & quædam modum olim Chri-
stus ludens, ipsius cædæ anhelantibus, Ego sum quem queritis, inquit. Illi aut ilicò offerat.
eum arripiunt, aque in terram allidunt, ferreisque vinculis, quibus ipsius pedes
adstringebantur, ab eo extractis, ad publicam viam raptim eum educunt, calcibus
in eum insilentes, saxis impetentes, fustibus ferientes, nullum denique supplicij
conuincitque genus omittentes. Cūm autem per primam Prætorij portam non
tam duceretur quam raparetur, ac iam in templi Theodorii martyris vestibulo es-
set, manibus humi fixis, ac sublatu aliquantum capite vltimum adorationis mu-
nus martyri perfoluebat. Etenim ne in tanta quidem calamitate pietatis amore
exanimis suo eiecerat. Quem ex sanguinarijs hominibus quidam, Philommatius
nomine, conficipit, præcipiti quodam furore percitus. Vidēsne, exclamauit, Im-
memorandus iste tanquam martyr mori cupit. Atque hoc sermone habito, ad si-
phones, qui illuc erant, quiq[ue] ob ea in cendia, quæ interdùm oboriuntur, adhiberi
solent, excurrunt, aui sumque ab ijs haud paruum lignum trahit, ac sanctum virum,
quam vehementissimè potest, in cerebri membrana ferit, sicque protinus interem-
ptum, martyrem quidem illum profecto, scipsum autem, quod omnium grauissi-
mum scelus est, martyris carnificem reddit. Ac vide quoq[ue] vim illam Dei vtricem.
Non enim, quemadmodum plerunque solet, moram ullam interposuit, sed cele-
ri pede processit. Etenim, simulatq[ue] feriit, ipse quoquè in terram, diabolica plaga
percussus, ruit, dentibus horrendum in modum stridens, atque ore spumam emit-
tens. Atque ita graue illud flagellum permanxit, ad extrellum usque spiritum mi-
serum illum comprimens, atque castigans.

R I U S

C P
D C P
T III

N O V E M B E R.

688

Cap.48.

Ac ne sic quidem famen furibundum illud vulgus animorum impetum remisit: verum per publicam viam adhuc eum raptabat. Et quidnam tandem ex sacrosanctis illis Stephani membris corona expers relictum est? Nam & manus ac pedes ad faxa offendentes conterebantur, & digitii vna cum vnguis bus auellebantur, atque in terram spargebantur, & venter disrumpiebatur, de-

Impij extin
ctum eius
cadauer,
multis con-
tumelis af-
ficiunt.
Psal. 21.

que intestina omnia profluebant. Siquidem & scelests illis hominibus vnu grauissimum lapidem vtraque manu acceptum in ipsius ventrem iniecit: vnde confessum, abdita omnis viscerum compages aquæ ritu in terram effusa est. Nam & mortuo Stephanu per summum furem insultabant, nec contumelij in eum debacchari cessabant, circundantes eum tanquam canes multi, atque omni modis ptantes ac discerpentes, saxisque per rotam viam incessentes, non viri duntaxat, sed etiam mulieres. Quin ne puerilem quidem artatem sanguinarij huius impetus superrem reliquerunt. Nam ipsi quoque literario ludo reliquo (sic enim Imperator iussit) lapides manibus gefabant, iisque Stephanum infectabantur. Ac quisque in eum, dum raptaretur, incidens, lapidem non iecisset, poenas luebat, atque Imperatoris hostis censebatur. Quinetiam cum ad bouis locum, martyrem raptante perueniens, capo quidam pisces coquens, vt eum raptari vidit, viræ viura adhuc eum frui arbitratus, assumpto flagante titione in calvaria ipsum fert, ac reponit, perfraicto occipito cerebrum effluere coepit. Theodorus autem quidam vir postero sequens, illudque è capite fluere videns, simulato lapsu sustulit, ac linteum olim impositum in sinu abscondit. Atque ita deinde ad spectaculum rursus properabat, nimisrum cernere cupiens, quoniam tandem sedato furore reliquias martyris proiecserat. At vero sanguinaria illa turba sanctum virum raptans, cum ad monachos monasteriū accessisset, in animo habebat beati viri sotoris (illuc enim dominum vitæ genus colebat) per vim ejicere, eoque ipsam adigere, vt fraternali corpus tot cernimibus defunctorum saxis peteret. Verum illa hoc prænoscentes, atque in obscurum quoddam sepulcrum fesse abdens, huismodi facinus effigit. Illi igitur spe hac sua deiebti, rursus martyris cadauer trahentes, in Ethnicon rororum foueam projiciunt (vbi prius quidem diuini Pelagi martyris templum erat, verum postea vetustate labefactatum impius Imperator euerterat, atque in sepulcro redigerat, ac Pelagi sepulcretum nuncuparat) adeò vt tunc quoque locum illud haberet. Cum inquis vir iustus deputatus est. Postmodum lati redunt, qui latronum sequitiam crudelitatis sue immanitate superauerat, latum tyrannum audeunt, velut demonis cuiusdam intemperijs diuexati, qui sceleratissime in ipso pugnauerant. Quos quidem lubentia animo suscepitos ad mensam suam eduliorum copia omnium adhibuit. Cumque illi ærumnissimam martyris mortem referrent, audiens ille magnoper ridebat ac letitia diffundebatur, hominis, ne quid amplius dicam, cruciatus & calamitates in voluptatis materiam trahens. Atque hac quidem ad hunc modum se habuerunt.

Cap.49.

1. Reg. 2.

Martyrio porro perfunctus est ille egregius sanctè lugitor Stephanus tertio & quinquagesimo ætatis sua anno, Nouembris mensis octavo & viceximo die. Ceterum ne ea quidem miracula silentio præterire conuenit, quæ ab ipso (illus videlicet beneficio, qui dixit, Ego glorificant me gloriificabo: qui autem me commendunt, erunt ignobiles) etiam post mortem patrata sunt. Eo enim ipso die, quo sanctum virum, ut Scripturæ verbis vtar, aggressi viri sanguinum, tanquam artem insignem de medio sustulerunt, cum tranquillum celum esset, ac radiis solaribus colluceret, hora tertia ad orientalem aulæ partem ignea nubes in montis vertice (vbi vir egregius monastica vita certamina exantlabat) repente coorta, ac deinde ad summas vrbis partes excurrens, vniuersum aërem horrenda caligine infecit & obscurauit: atque, vt cum Propheta loquar, cernere erat diem ac non diem, & te nebras ac non noctem. Cumque vna cum ea vehemens turbo excitatus esset, ingens vis grandinis, magnitudinisque haud facilè credenda, cecidit, idque circa palatium dum taxat: hincque multi in discrimen vitæ venerunt. Hæc scilicet sanctorum Deus prodigiò patrare nouit, dum impios re ipsa coarguit: eos autem, qui ipsius metu prædicti sunt, gloria afficit.

Cap.50.

Porrò autem pius ille Theodorus, qui confratram capituli sancti viri partem sustulerat, cum ad beati Dij monasterium profectus esset, eiusque antisitem remotis arbitris conuenisset, ei quæcumque insignis athleta Stephanus eo die pertulisse, expo-

S U I

9
9
R

Cerebrum
capitis eius
effusum, à
pio Theo-
doro colli-
gitur.

Corp' eius
in foucam
Ethnicoru
reorum in-
iicitur.
Efa. 32.
Luc. 22.

Coprony-
mi impetas
quanta.

Obscuratū
est celum
tempore
mortis S.
Stephani.

Miraculum

exposit. Ille autem acerbè ingemiscens, ad quoddam protomartyris Stephanii oratorium, quod ad dextram templi monasterij partem erat, eum ducit: atque vnam quandam educens, in ea diuinis illas reliquias collocat, præsente puer quo- Diuinæ ei^{re}
dam monasterij, ac quæ siebant inspectante. Ambo autem adorationis munere per reliquia in
functi, tanquam thesaurum quandam ingentis precij, intra altare occultant. Inter- vna quan-
dum vero aliquo tempore accuratur apud Imperatorē Theodorus. Nam ne eum
quidem à tentatione liberum atque immunem liuor reliquit: verū, vt Imagin- duntur.
um adorator, exilio mulctatur, atque in Siculam insulam vnā cum vxore ac libe-
ris ablegatur. Quem, cùm diurno tempore exilij causa illic cōmoratus fuisset, in Pius Theo-
patriam rursus reduxit iustus iudex Deus. Reductioñis aut̄ modus huiusmodi fuit dorū exilio
Etenim adolescentis ille, de quo proximè verba fecimus, ad maturam etatem pro- multatatur.
uectus, cum antitite agebat, ut diaconus crearetur. Quod cùm ab eo impetrare
non posset, (vt qui & iuuenilem ipsius etatem perspiceret, & virę socordiam explo-
ratam haberet) se grauissimo eum malo affectum comminatus est. Itaque vnam
illam occulte surripit, atque ad Imperatorem currit, cīque rem totam exponit. Ante- Derestabile
Antes enim meus, inquit, vnā cum Theodoro, qui in Siciliam exilij causa missus
est, damnatorum, quo tu vt nocentes & facinoros morte affisis, osla colit atque
adoret: te autem tyrannum ac nouum apostamat appellat. His auditis Imperator
ira inflammat, atque antifitem quidem illum corruptum, ac vinculis firmissime
adstrictum in carcere custodiri iubet: Theodorum autem è Sicilia reductum di- cuiusdā in-
gas huiusmodi facinore poenas subire: puerum denique ad vtrunque conuin- diuiosificati-
cendum asseruari. Reducitur itaque à Sicilia Theodorus. Statimque & eum & an- nus.
titię in medium producit Imperator: atque in faciem ipsis puerum sistit, vt quod
factum fuerat, indicaret. Cūm autem illi nihil se huius rei scire affererent, vnam
afferebant adolefcens. Atque (ō ingens miraculum!) euaneſcit illa, nec hoc stupendum
visque reperi potest. Itaque vacuis manibus reuerterit: Imperator pudore suffundit, atque id quod configerat, premere atque occultare conatur, n̄e illustriorem
etiam, quam ante, sancti viri gloriam reddat. Neque enim ipsum fugiebat, quin
diuinum Stephanum omnes penè sanctum confiterentur. Iuuenem autem il-
lum, vt calumniatorem, multis verberibus laceratum exilio mandat. Sic ni-
mirūm Deus iustus ē temptationibus eripere, impios autem eorum loco tradere. 2. Pet. 2.
nouit.

Quin ne versuta quidem illa ancilla, quæ & sanctum virum, & heram suam ac Cap. 51.
culuerat, iustum Dei iudicium effugit. Nam cūm trans turbam ad Aulicalamum
penetrasset, sc̄eque fabulam detecturam esse confirmaret, & quonam modo, vt sancto viro calumniam strueret, subornata fuisset, nisi ipse quod promiserat exploreret,
idle metuens, cuidam corum, qui legendis Bithynia tributis praeerant, eam in
matrimonium collocat. Pragnans autem facta, gemellos filios in lucem edit. Cæ- Divinitas
terum sub medianam noctem repente conturbati infantes illi, arreptis maternis ma- pantur an-
millis, horrendumque in modum excis, eam protinus necant, atque vna cum ea
viperini illi foetus extinguuntur. Tales poenas sycophantē pependerunt: talem ea & S. Stephā
mercedem tulit, qua sanctum virum falsi criminis reum egerat. Ha sunt clarissimi
Stephani monastica palafra, hac athletica certamina: quibus, cūm non mo- accusa-
dō aduersus carnem & sanguinem, sed etiam aduersus principatus & potestates Ephes. 6.
dimicet, amplissimum præmium reportauit, nimirūm vt ipsi Trinitati lau-
ratus adhuc monasticis sudoribus & athletico cruore gestatus:
cui vitinā nos quoquè ipsius precibus atque intercessione ad-
stems, per Christi gratiam ac misericordiam, quem
debet omnis gloria, vna cum principij exper-
te Patre, & viuifico Spiritu, nunc &
semper, & in secula, secu-
lorum, Amen.